

ritio tenet: Iosephum Avimachum induito: Synonem inuadam, monumentum novum, & saxum mysticum preparate, & poteritis ad hanc Cenam admitti, dicere, quod etiam ex parte vestri parata sunt omnia. Amen.

Dominici infra octavam Corporis Christi.

CONCEPTUS III.

Confraternitati SS. Sacramenti, dum seculum suum celebrat prelegensur statuta, ac leges, ad renovandum homagium.

Custodite verba pacti huius, & implete eas, ut intelligatis universa, qua faciit. Deut. 29.

EXORDIUM.

Apud Romanos fiebat renovatio fœderum Ita oportet renovari homagium Confraternitatis.

1. Antiqua Romanorum Republica, potentissima gentium Dominatrix, solebat externos populos in amicitiam, ac fœdera recipere, quæ deinde certis temporibus debebant renovari: sollemnitatis erat in paucis pomposissima; primo quidem in publico foro coram universo Senatu stentoria voce prælegebantur leges, ac pacta; tum exterarum Gentium Legati præstabant homagium una cum pretiosis muneribus; denique festivo populi applausu inter tympanum, & lituramque iubilâ sollemniters claudebatur. Dilectissimi Auditores! ante centos jamjam annos nostri Majores cum Domino Deo, & etiam inter se ad honorem Sanctissimi Eucharistice Sacramenti pepigerunt fœdus laudabilissimum, & utilissimum: laudabilissimum; quia finis, ac scopus illius unice tendit ad animarum salutem: utilissimum vero; quia sancta hæc confœderatio per elapsum sæculum innumera nobis a Deo impetravit tam copiose; quam anima tenus beneficia. Quid agitis? quæ gratitudine Divinam Liberalitatem compensatis? an non lubet renovare fœdera, resciscere pacta, restaurare amicitiam? Verum quid inprimis interrogo? hoc idem intentum est, quo in hoc templo hodie comparetis: nempe, ut primum vestræ Confœderationis sæculum, receptaque per id temporis beneficia festiva cum exultatione, humilique cum gratitudine celebretis. Videor mihi intueri flammantia corda vestra, quæ Eucharistico Numini, instar gratissimi muneris, offerre: video paratas linguas, & ora, quibus de novo Sacramentam dicere, & sub hæc sanctæ Confœderationis sepes jurare desideratis. Recte, sancte, laudabiliter faciis. Non dubito ego, quin in caelesti curia inter sanctos Angelos, & præsertim inter fratres, ac sorores, qui ex hac alma Confraternitate adbeatam patriam jam transierunt, ingens iubilus ad vestra pietatis studia exorturus, ipsique Deus immenâ deuo be-

neficiâ ad futuri sæculi decursum vobis desite naturus sit.

2. Proposito. Merarum autem partium, ut non otiosus festo intersum, merarum, inquam, partium erit, ut sanctas Confraternitatis leges vobis prælegam, refrenique memoriam eorum statutorum, ad quæ vi sancti huius pacti obstringimini. Quid possem magis profectum, magisque necessarium in rem nostram hodiernâ dicere agere? Hunc in finem ante omnia inculcata vobis volui verba prothematè adducta: Custodite verba pacti huius, & implete eas, ut intelligatis universa, qua faciit. (Deut. 29.) Evæte.

Confraternitas instituta est ad quadruplicem finem.

3. Dissolva. Si ex impresso Sodalium libello Majorum nostrorum mentem, quam in institutione sanctæ hujus Confraternitatis nobis testatam reliquerunt, indago, prima itam fronte video, eos sibi quadruplicem finem præfixisse: Primo instituta est hæc Confraternitas SS. Sacramenti ad extirpationem scelerum, secundo ad implantationem virtutum, tertio ad morientium confortamentum, quarto ad moriturorum solatium. Et in hoc ipso quadruplici fine funduntur Dei beneficia, nobis per elapsum sæculum largiter collata; quippe ingens Dei beneficium est præservari a peccatis; ingens Dei beneficium est, dirigi ad Christianam perfectionem; ingens Dei beneficium est confortari in mortis agone; ingens Dei beneficium est, eripi è periculosis penis. Jam ordine de quæterno hoc sine procedemus. Audite verba pacti huius, & scite ea. (Jeremias.)

§. I. Ad extirpationem scelerum.

4. Confirmitas. Primum instituta est Sanctissimi Sacramenti Confraternitas ad extirpationem scelerum; & ad hunc certissimum non est efficiens remedium, sacrosancta Eucharistia; quæ quædam enim de cervo dicitur, quodvis algam, aut paludosum locum ingreditur, ferè penes omnes, chelydros, bufones, scorpiones, & quicquid venentorum animalium ibi recubat, in fugam agat; ita Eucharisticus Deus, si per dignam assumptionem cor hominis ingreditur, tamquam medicinale antidotum, omnia vitiorum insecta propulsa. Edocentur hæc veritatem & Scriptura.

5. Mirabilia sunt, quæ Deus beneficia contulit populo Israel: eripuit eos & captivitate, ditavit populum Ægyptiorum, duxit per medium mare, delevit inimicos, conservavit eorum vestes, nutritiv eos caelesti Manna: præ ceteris autem admirandum videatur, quod Psalmista affirmat; Non erat in tribulata eorum infirmitas. (Psalm. 104.) Estne possibile? Numerus Israelitarum erat ultra sexcenta hominum millia, & qui fieri potuit, ut in tanta multitudinem hominum, præsertim eorum, qui persecutionibus, viarum incommodis, multique malis erant afflig-

rigati, nec unicus infirmaretur? quæ ratio tam universalis veltudinis? Tertullianus (ap. Bar. serm. 70. 2. 8.) virtutem hæc refundit in Manna, iungens: Populus in eorum Manna cibatur, ad infirmitatem redactus est. Jam a figura ad figuram oculos transferamus. Si veteri illi populo inuit virtus tollendi graditudines corporum, quanto magis Eucharistico Pani adhibenda est virtus pellendi infirmitates animarum? videlicet virtus, & pravos affectus? O mi Sadaelis, an non in temetipso experitis hunc effectum? unde, queso, est, quod nunc facile superare valeas, quæ olim tibi tam dura videbantur? unde est, quod nunc passionibus, de quarum rebellionem multoties conquestus es, rationi subditas esse sentias? unde est, quod tentationes infernalis inimici quotidie magis descretere experiaris? unde est, quod caecula conscientia serena, modo cot circumfusas spiritali gaudio plena? unde hæc omnia, nisi ex dono Eucharistice Pabuli? quam parum enim lux, & tenebræ, ignis, & aqua, magis, & allium, Arca, & Dagon hæc compatitur in uno loco; tam parum inmo multo minus Eucharistice conventi cum vitis in uno corde, ita expressit S. Bernardus: (ap. Serm. script. 1. 1. p. 17.) Si quis vestrum hæc tamen accubis sentis intrantem, involvit, succurrit matu, gratias agit corpori, & sanguini Domini, quoniam virtus Sacramenti operatur in eo. Vestrum est, Dilectissimi, ut beneficio huius effectui studiose cooperemini, fugiendo malas occasionibus, continendo externos sensus, resistendo tentationibus, & extremo odio averfando peccatum. Ita vult sacra regula, & institutum vestra Confraternitatis. Custodite verba pacti huius, & implete ea. (Deut. 29.)

§. II. Ad implantationem virtutum.

6. Alter finis, & scopus sanctæ hujus Confraternitatis est implantatio virtutum, & propagatio Christianæ perfectionis; exigitur enim a Sodalibus hujus sancti fœderis, ut non vulgari quodam, sed supra ceteros perfectiore modo vitam insistant, ipsaque externa morum compositione demontrent, se esse membra pie hujus Confœderationis. Ad hunc certe scopum per iterum magnam efficaciam habet Eucharisticum Pabulum; quemadmodum enim delicatis, ac subtilibus cibi generant purissimum sanguinem, & generosus spiritus, id quod in nobilium proliibus experimar, qui delicate educati plerumque supra vulgum sunt magis dociles, ac magnanimi: ita supernaturalis iste cibus sublimis animo inserit sensus, exicitate ad generosissimum ipsius victorias, & virtutum exercitia: hinc pulo nullibi magis contingunt pathetica, ac insignes peccatorum conversiones, quam ad clathros Communicantium.

7. Quis scit fortis hunc effectum Eucharistice in spiritu fortis Italas, ubi in hac verba erupit: Deus ipse venit, & salvabit nos. (Isa. 35.) Et quid heri per hunc adventum Domini? percipite, quæ sequuntur: Tunc salvet, Clans Spicilog, Conspicnat. Pars I.

stus erous, claudis. Quis intelligitur per hunc claudum? intelligitur miser peccator, qui plane in semita mandatorum Dei tonne plumbeus, & ut ajunt, contractus est: Nonne superbus contractura laborat, quia non potest caput, & corpus inclinare ad humilitatem? Nonne avarus contractura laborat, quia non potest extendere manum ad operam egentium? Nonne luxuriosus contractura laborat, quia non potest pedem movere ad fugiendas occasiones peccaminosas? & sic de ceteris vitiis differendo, omnis peccator claudus, & debilis, & miser est. Ecce autem, cum Deus ipse veniet in Sacramento Alaric, ait supra citata Propheta verba Dominus Guillelmus Parisiensis: (serm. 2. in Fest. Corp. Christi.) tunc hic claudus, debilis, & miser peccator in semita mandatorum Dei salvet, ut servus: verba laudati Doctoris sunt: Tunc salvet, sicut cervus, claudus, & salvet peccator salvet de vitis ad virtutem, de mundo ad gloriam. Tunc salvet superbus ad humilitatem, tunc salvet tenax ad liberalitatem, tunc salvet impudicus ad castitatem, tunc salvet iracundus ad mansuetudinem, & vestrum est, Dilectissimi, ut huius efficacis Sacramenti studiose cooperemini, frequentando sicram Communionem, adjuvando egenos, visitando infirmos, multiplicando pietas preces, meditando caelestia, aloque virtutum actus exercendo. Ita vult sacra Regula, & Institutum vestra Confraternitatis: Custodite verba pacti huius, & implete ea. (Deut. 29.) &c.

§. III. Ad confortamentum morientium.

8. Tertius finis, ac scopus pie hujus Confœderationis est confortatio morientium ad ultimum, & periculum horæ extreme prallium. Enimvero Eucharistia per se iterum efficacissima est ad roborandos agonizantes contra infernalem adversarium; quemadmodum enimoloris, gales, & clypeus pugilem roborat ad pugnam; ita sacrosanctum Viaticum misce confortat morientes ad lucam ultimam.

9. Deum immortalem! quis non toto corde exhorreat, cum ultime hujus lucæ pericula cogitat? ibi certe infernalis inimicus, sicut, quia medicum tempus habet, (Aper. 12.) artes suas, machinalque omnes convocat, tentationes centuplit in morientis ruinam; proponit homini præterita, præsentia, & futura: præterita quidem, id est, peccata omnia; totumque seculorum catalogum a prima juventute commissorum, Eheu! quætuas erit horror agonizantis, cum intuebitur totius vitæ noxas, & ex altera parte de vera penitentia, & remissione non erit securus? Præsentia autem, id est, vanitatem rerum mandatarum, & finem temporis, Eheu! quætuas erit horror agonizantis, cum viderit voluptates, tenerrime amatas jam esse defraudatas, & cum incognitis æternitatis regionibus commutandas! Denique Futura, id est, erendum Judicis tribunal, & vel proximorum, vel

penarum incertitudinem. Eheu! quantus erit horror agonizantis, cum viderit jam de omnibus totius vite actionibus dandum esse rationem, nec sciet, quae securura sit felix, aut infelix sententia? Profecto ob eiusmodi horrores videmus in mortuorum saepe mirabiles mutationes vultus, tristitiam, sudores, suspiria, & vehementis angustiae argumenta. Quae medicina huic malo? quod remedium miseris? nullum efficacius, quam Dei Eucharistici Sacramentum Viaticum. Ita S. Cyprianus: (1. 3. Epist. 2. alias Epist. 54.) *Quae tutor esse contra adversarium salutis, munimento Dominicae saturitatis armatus. Si Deus pro nobis, & cum nobis, quis contra nos? Ille Deus, qui Noemum e diluvio, Lothum e Sodomae incendio, Jacobum e manibus Esau, Israelitas e tyrannide Pharaonis, Daniele e lacum leonum eripuit, ille, ille, si pro nobis, quis contra nos? faviat orcus, & mille insidias struat, non est, quod timeamus: id quod in spiritu praevidisse videtur Palmita inquisiens: (Ps. 22.) *Esse ambulaveram in medio umbrae mortis, non timebo mala. Quid ais, O David? tu non timebis mala? non illum hostem? non dolores? non tristitias? Non timebo. Quare? Quoniam tu mecum: quoniam tu, O Deus, me poterit confortare: &c. Vestrum est, Dilectissimi, ut tanta gratia vos dignos reddatis, visitando & consolando infirmos, comitando Venerabile Sacramentum ad agnos delatum, rogando instantem Deum, ut ultimo hoc confortamento vos non destituat. Ita vult sacra Regula, & Institutum vestre Confraternitatis: *Custodite verba pallii vestri, & implete ea: (Deut. 29.)***

§. IV. Ad solatium mortuorum.

ro. Quartus denique finis, ac scopus sanctae hujus Considerationis est liberatio mortuorum e purgantebus poenis: ita est, caritas hujus sancti Foederis etiam infra terram in poenale carcerem se extendere debet. Et vero hunc effectum iterum per se habet Eucharistia, consolandi afflictas animas in lustrico carcere. Dicite, quo tempore optime sapite refrigerans huiusmodi sit exuruntur. Ita sitientibus animabus in flammae fornace nihil gratius propinari potest, quam guttula Divini Sanguinis in sanctissimo Eucharistica Sacramento. Hoc Sanguinis potu refocillantur, hoc e supplicis eripiuntur, ita ut de illo dicta videantur illa Zachariae verba: *Tu quoque in sanguine Testamenti tui eduxisti osses tuos de lacu. &c. (Zach. 9.)*

11. Mirabile est, quod S. Gregorius in Dialogis enarrat. (1. 4. Dial. c. 57.) Cum Agarbus, inquit, Episcopus Panormitanus Romanus Praedecessor suo vocatus esset, terrribili tempestate jactatus, missi naufragi, Buracum nomine, qui post navem recebat cymbalam, qua rupto fove in fluctibus cum ipse nauis disparuit. Tertio post die navis ipsa miseram conquisita apparuit ad lu-

fulam Ostiam, in qua Iustus Episcopus, a Praebitero sacrum Hostiam in missa offerri pro nauata, quem desuntum credebat, reserataque navis in Italiam properans, in portu Romano nauam invenit, quem mortuum putabat. Rogat Igitur, quomodo tandem in mari periculo vivere potuerit? Respondit: se tribus diebus, & noctibus cum cymba sursum, deorsumque versatum fluctibus, ac tandem, cum fame, & siti desiceret, hora illa (qua Sacrum pro anima eius offerrebat) sibi apparuisse virum, qui puerum sibi deferret, quo comesto, vivere ceperit, & paulo post navis incognita transiit adfuit, qua mo, inquit, excepit, & saluum ad portum perduxit. Comperitque eadem hora, qua Sacrum factum fuerat, eum postquam, a quo a mari liberatum. En, Dilectissimi! quod Sacramentum Missae Sacrificium nave inter undas profuit, id ipsum proderit animabus inter flammam purgantes. Vestrum igitur est, ut ut miseris per preces, & sacrae Communionis suffragia liberaliter succuratis: id exigit a vobis sacra Regula, & Institutum vestre Confraternitatis: *Custodite verba pallii vestri, & implete ea: &c. &c.*

12. Epilogus. Finem jam dicendi facio, & vobis spirituales letitiam in celebrando primo Confraternitatis vestre saeculo ex animo gratulor: & Tu, O Bone Deus! respice benigno vultu pia opera, per integrum saeculum a nobis facta: respice peccata extirpata, virtutes implantatas, Communiones frequentatas, animas e purgatorio liberatas. &c. Et nobis porro sanctam tuam Benedictionem largire: demum concede, ut mortem oppetamus in ultimis his verbis, Laudetur Sanctissimum Altaris Sacramentum. Amen.

Dominica III. Post Pentecosten.

CONCEPTUS I.

De gaudio, & amore, quo Christus Dominus amat, ac assistit peccatorem poenitentem.

Congratulamini mihi, quia invenit ovem meam. Luc. 15.

EXORDIUM.

Petius ovicula, quam passori gratulamandum videtur.

1. **P**ACE tua dixerim, O Divine animarum Pastor! censo ego non tibi revera, sed potius oviculae gratulamandum esse; cum melior videatur esse conditio inventae quam inventoris. Quid enim perdidisti, hac ove perditae? an quidquam ideo Potentiae, Majestati, ac Felicitati tuae decepsit? Nihil: omnino nihil: *Bonorum meorum non eget. (Ps. 15.)* In te ipso lat felix fuisse ab aeterno, & fores in aeternum absque homine: si mundus universus periret, tam parum tibi noceret, quam nocuit tercia pars Angelorum, quae perierat. &c. E contra, infelicem oviculam, quae sine Pastore est: ita enim caret praedio, caret pa-

pascuis, caret confortio gregis, caret securitate a lupo &c. Et hac bona omnia recuperat, dum inventa est: repeto ergo, quod dixi, potius oviculae gratulari oportet, quam inventori. Christiani Auditores! dicite, cur Pastor sibi magis, quam oviculae congederi cupit, id est (ut non de cortice, sed de nucleo parabola loquamur) cur Christus Dominus sibi potius, quam peccatori recens converso applaudi desiderat? Nescitis Mylterium?

Cur Christus sibi gratulari cupiat?

3. **P**roposio. Ergo ego explicabo, dicamque in praesenti disertatione, id ideo fieri: quia Christus Dominus gaudium omne collocatum habet in conversione peccatorum: hos amat, hos assistit, hos curat, his amice conversatur, adeo, ut fere dixerim cum S. Chryloto (hom. 22. de poenit.): *Non sic infans amat dilectam amat, ut Deus poenitentem amat. Quomodo fructum ex hoc discitur quaram, in fine patebit. Favete.*

Peccatores Dei Filium de caelo in terram traserant.

3. **C**onfirmatio. Celebris est controversia inter Theologos, an, Adamo non peccante, Christus Dominus in hunc mundum venisset? Negat S. Thomas, asseritque, si Proto-Parentes in originali innocentia perseverassent, Dei Filium neutquam hunc venurum, quam sententiam S. Bonaventura Fidei, ac Scripturae magis conformem commendat: Fidei quidem; quia in symbolo Niceno profitemur: *Qui propter nos homines, & propter nostram salutem descendit de caelo; Scripturae autem, quae multis in locis hanc nobis veritatem insinuat: *Veni filius hominis quaerere, & salvum facere, quod perierat. (Luc. 19.)* Christus Iesus venit in hunc mundum peccatores salvos facere. (1. Tim. 3.) *Miser Deus Filium suum factum ex Muliere, factum sub lege, ut eos, qui sub lege erant, redimeret. (Gal. 4.)* Immo ipse Dei Filius lateri visus est: *Non veni vocare justos, sed peccatores. Quodque verbo testatus est, opere palam fecit, dum primis in cunabulis confestim pastores illius Regionis, mox Magos Orientis, id est, peccatores, quorum amore de caelo descendentes, vocavit. En, amor peccatorum Dei Filium de caelo traxit.**

Christus ut plurimum versatur inter peccatores.

4. **A**d hoc tempore, id est, a stabulo Bethleemico per omnem vitam, & praeterea per ultimum predicationis triennium usque ad crucem, ubi plurimum versatus est? inter peccatores: sanavit quidem aegrotos innumeros, illuminavit caecos, erexit claudos, mundavit leprosos, liberavit daemónicos, curavit paraliticos, multos loquelam, surdis auditum, mortuis vitam reddidit; sed non hos miraculose

sanatos, non Chananazam, non Lazarum, non filium viduae potentis iuxta testes circumduxit, sed Magdalenam, Zachaeum, Matthaeum peccatores, ut offenderet mundo, hos thesaurum suum esse, magisque felegloriarum peccatorum confortio, quam prodigiola illa, quam miser exhibuit, virtute. Non nego quidem inter Christi confortium fuisse inter innocentes, ut Joannem, alioque: id tamen avertere aum, Christum Dominum majorem confidentiam, & assimationem spirare erga peccatores, quam erga innocentes. Utrumque assertum facile demonstrabo.

Christus majorem confidentiam habet erga peccatores, quam innocentes.

5. **M**ajorem quidem confidentiam habuisse Christum erga poenitentes, quam innocentes, testis esse potest Apostolus Petrus: Is in ultima Coena, nescio, quo metu abherticus, non ausus est interrogare Divinum Magistram, quis futurus esset infelix ille proditor, sed ad expiscandam hoc arcanum Joannem subornavit. (Joann. 13.) Post resurrectionem autem Dominicam ille ipse Petrus audacter, & confidenter Christum interrogat, quid in postremum de Joanne scitatum sit: *Hic autem quid? (Joann. 21.)* Unde Petro crevit animus? Uade interrogatio confidentiam modo plus, quam antea sibi licitam putat? Nempe propter peractam trinae negationis poenitentiam: innocenti non licuit tanta confidentia, quae licuit poenitenti. Ita affirmat Chrysolomus (hom. 87. in Jo.): *Petrus post negationem, & poenitentiam ascendit se habere majorem fiduciam ad Christum.*

Ac majorem assimationem.

6. **S**ed & alteram aertu partem demonstrare incumbet, videlicet Christum majorem assimationem spirare erga peccatores, quam innocentes. Id dum ago, iterum Petrum in telum voco. Christus Dominus illi discrete turpissimum lapsum praedixit: *Antequam gallus cantet, tertio me negabis. (Matth. 26.)* praedixit illius dejectionem, praedixit trinae negationem: & tamen eundem Petrum in Apostolici Collegii capite constituit: (Luc. 22.) O Divine Redemptor, quid agis? Nonne bene notis, quae qualitates requirantur in eo, qui ad regendos ceteros deputatur? certe gentium Doctor, dum inquisitionem insinuat de homine digne ad Episcopatum promovendo; reflexe exigit, ut suamet domus praese calleat: *Si enim domus tua praese nescit, quomodo Ecclesia Dei curam habeat? (1. Tim. 3.)* En, Petrus suum ipsum negotium agere necesse, perdidit se, negavit se, & tu gubernationem Ecclesiae illi committis? an non aptius ad id muneri evehere poterat Joannem tuum, innocentem, fidelem, peccati expertem, dilectum tuum? *Erat recumbens unus.*

ex Discipulis ejus in sua Jefa, quem diligebat Jefa. (Joan. 13.) Verum ecce, Auditores, adeo estimat Christus peccatores, ut Petrum Joanni praeferat, & hanc muneris eminentiam conferat potius penitenti, quam innocenti. Ideo ajunt Arnobius, (in Ps. 138.) & S. Chryl. (apud Julian. die Marc. post Dom. 1. Quadr.) Major gradus reddidit Petro ploranti, quam deneganti fuerit sublati. Hanc majorem estimationem Christi erga peccatores probe noverant ipsimet Jati, & innocentes: ideo semper peccatoribus cesserunt precedendum adendum Christum. Ita Joannes, utat ad sepulcrum praenunciat citius Petro. (Joan. 20.) tamen Petrum in sepulcrum introire prius permittit: *Veni Simon Petrus sequens eum, & introit.* Et Martha, cum Dei Filius venit in castellum, non prior spda in occursum Domini ruit, sed fororem Magdalenam hic facere admonuit: *Magister venit & vocat te.* (Joan. 12.) Nimirum ita argumentabatur apud seipsum: Ego innocens sum, non peccavi unquam; Magdalenam tamen peccatricem est, & penitentem est. Cum ergo Christus plus estimet peccatores, quam innocentes, oportet, ut illo a persona digniore saluetur, & excipiat: *Magister venit, & vocat te.* &c.

Christus in monte Olivae Angelum confortantem habuit, non vero in cruce, cur?

7. Quid dicam de immenso gaudio, quod Christus Dominus capiti ex conversione peccatorum? hoc certe tantum est, ut fere dixerim, amarissimi suae Passionis dolores haud adeo poterint illum affligere, quantum contra conversione peccatorum habuit consolationis. Consideremus hanc in rem ingeniosam Eusebii Emilseni, & S. Chryl. animadversionem, (ap. Bonerth. Dom. 8. Quadr.) Quando Dei Filius in horto Getsemani horribili agonia usque ad sanguineam sudorem assilctabatur, ecce, adfuit celestis Genius, qui luctanti solatium tulit: Et contra, quando in Cruce extremis animi, corporisque doloribus afflicto, vulnerato, despectus, derelictus pendit, nec stillulam celestis consolationis a Patre obtinuit. Quare? quia caussa subest? audiamus citatos Inceptoris. In horto Christus Dominus omni penitus solatio caruit; ideo Angelo confortante opus habuit: Contra in cruce non omni proflus solatio destitutus fuit; latronem enim poenitentem habuit: ideo Angelo non indigebat. Verba Chryl. sunt: *Angelo descendente de caelo confortatur in horto: a latrone poenitente Christus confortatur in cruce.* O Bone Deus! ergone impius latro tibi in vicem Angeli fuit? ita est, Auditores, & quod magis mirandum est, hunc ipsum latronem praetulit suis sequacibus, & Apollolis, quia non tantum mortis, sed & triumphum contemnet, ac in paradysum locum habere voluit: Paulo ante triumphalem crucem lactandix Christus Dominus ad Petram: *Non poterit modo sequi, sequeris autem postea.* (Joan. 13.)

E contrario latroni promissit: *Hodie mecum eris in paradysis.* En, latronem praefert Apollolo, quia majori sibi gloria duxit latronem secum latrone in paradysum, quam Apollolum. Tantus est amor Christi, tanta estimatio, tantumque gaudium de peccatore poenitente: &c.

Peccatum omni modo fugiendum, & poenitentia amplenda est.

8. Hac cum ita sint, inquit nonnemo, gaudeo, quod & ego peccator sum; quia sum in eorum numero, quos Christus amat, ac estimat; immo si necdum satis peccator sum, studebo deinceps esse, ut tanto magis amorem, ac estimationem Christi firmari sciam. O Christiane anime, non ita, non ita: paradoxa est haec conclusio, necdum impia. Longe ego aliam conclusionem formo. Christus Dominus amat peccatores poenitentes: ergo omni modo peccatum fugiendum; & poenitentia amplectenda est; non enim de errabunda ovicula letatur Divinus Pastor, sed de inventa; neque dixit, congratulamini mihi, quia perdidit ovem, sed, quia inventi.

9. Epilogus. O Christiana peccatrix! per ego sum igitur hunc ipsum Divini Patris amorem obsecro, & obsecro, ut & vos inter inventas oves esse studeatis, id est, ut eurato peccato, feriam agatis poenitentiam; facite, obsecro, Christo hanc letitiam; & ego animam capiam Christo Domino magna cum exultatione gratulandi: ille vero animam, tanquam inventam oviculam, in humeros assumet, Angelis sibi, totisque caelesti curiae ostendet, persequi vobis applaudi: *Congratulamini mihi, quia inventi ovem meam.* Inveni, ut in infernali lupo eripiam; inveni, ut in opima palvea Divinae consolationis adducam; inveni, ut in caeleste ovile colligam, & aeterna beatitate coronem. Amen.

Dominica III. post Pentecosten.

CONCEPTUS II

De admirabili Christi Domini Misericordia erga peccatores.

Hic peccatores recipit, & manducant eum illi. Luc. 15.

EXORDIUM.

Christus habet quasi sympathiam erga peccatores, quia in his habet occasionem exhibendi suam Misericordiam.

1. Ex eo, quod magnes inadventer ferro adhaerere desideret, ab illo egre avellatur, & siquidem vi avellitur, languescere, ac emoritur incipit, bene arguitur inter ferrum, & magnetem congenitum quiescam, & sympathicum amorem in terere. Quod hodie video? Jesum video inter medios peccatores. Res admiranda? quoties fero Evangelium aperio, toties Benignissimum Redemptorem in publicanorum, &

peccatorum consortio deprehendo. Vix mundum ingrederis est, & jam a primis Nativitatis incunabulis peccatores vocare lique usque ad vitae suam familiariter conversari solitus est, uti animadvertit Chryl. (in Psal. 50.) *Cam venisset, statim quosdam vocavit, magis tempore: quem autem post illud? Publicanum: post hunc meretricem, post illum latronem, post eum quem? blasphemum.* Tota vita Christi non fuit, nisi una cum peccatoribus amica conversatio; in illius sequacium turba fere non alios, nisi peccatores cerno: video Zachaeum, video Mattheum, video Magdalenam, video adulteram, video Chananzam, video Samaritanam, video Petrum flentem, video tandem latronem poenitentem: siquae haec tam admiranda familiaritas, ut hodie Pharisei, illi naturali Salvatoris circumatores, eam haec de causa acerbataxaverint: *hic peccatores recipit, & manducant eum illi.* Quid, & quae conventio Christi cum Belial? quae societas Dei Filio cum sceleratis? Christiani Auditores: Tuto ego, quod inter Christum, & peccatores sympathia quadam, similis illi magnetis, intercedat; non audeam talia eloqui, nisi hanc opinionem ex Consilio Ephraim (quarto) haussim: *Interbausa Christus misericordia, & sympathia patet erga peccatores.* Quare autem, quia de causa usque adeo amat Christus conversari cum peccatoribus? certe non alia de causa, nisi quia apud hos occasionem invenit exhibendi suam misericordiam, quam plane per ceteris omnibus Divinis attributis amat, & estimat: Creavit caelum, & in hoc demonstravit suam Magificentiam; produxit fidem, & in his ostendit suam Sapientiam; condidit terram, & in haec exhibuit suam Omnipotentiam; punivit Angelos, & in his manifestavit suam Justitiam. Quamvis autem est illa creatura, in qua magnificare valet suam Misericordiam? suam miseri peccatores.

2. Propositis. Dilectissimi Auditores! agamus hodie de admirabili misericordia Christi erga peccatores: consideremus opera Dei: plane non adeo, puto, innocentes sumus, ut non interdum peccata nostra animum lancient, puniant, deprimant; Erigamus ergo animum ad feriam commissorum poenitentiam, ad quam potentior Stimulus vix esse potest, quam consideratio admiranda Bonitatis, beneficentiae, ac caritatis, quia Deus fertur erga miseros peccatores. Favete.

3. Dissio. Sanctus Laurentius Justinianus (de triumph. Chr. Agone c. 25.) temeritatis arguit illum, quisquis describenda Dei misericordiae Bonitati linguam, aut calamum applicaverit: *Quid verbis explicet, quanta quotidie peccatoribus Deus beneficia conferat? Deinde statim subjungit multiplicem modum, quo Deus benignissime ad se trahit peccatores, inquit, Blaudisti allicit, muneribus onerat, praeiungit Angelis.* &c. Ne igitur Saucti Doctoris centuriam incurram, ex infinito Divinae Misericordiae mari tantum has tres guttulas delibabo, ostendens

§. I. Misericordiae Dei blandissimi flagelli.

4. Confirmatio. Primo: *Blandisti allicit:* quare, mi homo, quis allicit? Creator rerum omnium: quem allicit? creaturam feleratam: quis allicit? Pater amantissimus: quem allicit? filium degenerem: quis allicit? Dominus caeli & terra: quem allicit? servum infidelem. Pingamus, quod fingi vix potest, fingamus, inquam, Principum nonneminem, contra quem abjectissimum mediastinum rebella arma exoripuit, subditos ad seditionem commovit, diplomata, & sedita Principis pedibus concidavit, & data occasione jam stricium pugionem Domini jugulo adhibuit: ecce, dum autem regnum integrum insolitum horum flagitiorum ultionem, & extreme crudelitatis spectaculum, in feleratissimo flagitioso exercendum, expectat, praeter omnium spem mirissimum Principe nefandum hominem vice gratia donat, immo inter amicos, & auxilium optimates adsciscit; quos, quanta cum admiratione hoc inaudita clementiae prodigium omnium gentium linguas celebraretur? Haec tamen, quanta quantus est, clementia, tota Dei est: quid est peccatum, nisi impudentissima rebellio contra Deum? quid agit peccator, nisi conculcat pedibus mandata Dei? quem, si ferri possit, noviter occidere; in crucem agere vellet? Ecce autem, dum omnes Angeli, rotaque caelestis curia Divinae ultionis crudele spectaculum praestolantur, dum quater-na elementa impetium Dei expectant, ut trucident, suffocent, concrement, submergant, absorbeant miserum peccatorem, ecce, inquam, benignissimus Deus illi veniam offert, gratiam conversionis largitur, & amicum habere desiderat. O inauditum misericordiae genus! exclamat merito Tertullianus (ap. Spreng. tract. 25. Script. sel.) *summo cum jure veniam negare posse, & non solum non negare, sed regere, ut ad eum revertentur!*

Eumque benigno recipit, quamvis sit ipse offensus.

5. Crescit Divinae Misericordiae prodigium ex eo, quod plane nunquam in humanis accidere videmus; In humanis nunquam certe accidit, ut persona offensa ad veniam invitet offendentem: sed ad summum illud contingit, ut delinquens offentionis remissionem impetret, si humili cum subsillione, interpositis etiam multorum intercessionum precibus, quo Deus benignissime ad se trahit peccatores, inquit, Blaudisti allicit, muneribus onerat, praeiungit Angelis. &c. Ne igitur Saucti Doctoris centuriam incurram, ex infinito Divinae Misericordiae mari tantum has tres guttulas delibabo, ostendens

diger; ipse cuius felicitati nihil decederet, etiam tu, O peccator, & ego, & universus orbis hoc momento effemus interituri; ipse vocat nos tam amantem ad gratiam, ad veniam, ut nec pastor oviculum, nec Mater caram sobolem posset blandius ad suam tutelam advocare. O Bone Deus! quid hoc rei? nonne satis foret, si miserum peccatorem ad tuae clementiae thronum admitteres, casu, quo ipse supplicandus inter mille gemitus, & lacrimas accederet, & tu praevenis miserum? tu offers veniam, etiam non dandam petitam? O admirabilis Divinae Bonitatis, ac Clementiae thesaurus! &c. &c.

§. II. *Miseri coram Deo peccatorem beneficiis cumulatur, quidem ea momento, quo offenditur.*

6. Secundo, ait S. Laurentius Justinianus de Dei Misericordia: *Menerius enerat. Quis oneratur? Deus offensus: quem? hominem offendentem.* Et quidem, quod omnem admirationem excedit, sua beneficia effundit in hominem offendentem eo ipso tempore, & momento, quo offenditur. Rex David speciem semper laudem clementiae, & mansuetudinis in Scripturis tulit, unde ipsismet ait: *Memento Domine, David, & omnia mansuetudinis eius.* (Ps. 121.) sed quando, quando, & qua occasione maxime suam mansuetudinem demonstravit? an dum Regi Saul pepercit? an dum Semis injurias patienter tulit? sunt etenim hae magna clementiae specimina, ait S. Ambrosius, sed majora sunt, dum rebelis filii curam habuit, tanquam fuit erga illum benignior, quanto ille erga Patrem crudelior. Non admiror hic illam Davidis mansuetudinem, quam Absoloni ad interfectionem Belliducis Iob exhibuit, nec illam, qua mortem illius deploravit; sed de illa maxime loquor, qua eo ipso tempore curam illius habuit, quo iste rebella arma contra genitorem frinxit: David coactus exercitum oppugnavit rebeli filio: sed expressit rogavit, monuitque milites suos, ducelque Iob, Abisac, & Elai: *Servate mihi puerum Absolonem.* En, admirabili mansuetudinem Davidis, qua illo ipso tempore, quo a filio ad necem queritur, de filii salute sollicitudinem gerit: ita Ambrosius, (serm. 14. in Ps. 118.) hanc super rem elegantem discurrens, inquit: *Inde parricida exercitum contra Patrem insurrexit, hinc David, ut parcens filio, abuteri ducer erat: inde demerita contra genitorem evigilavit hinc clementia, ut parricida pariter, respiceret. Inde furor, hinc pietas operatur: inde insensata tela jaculatur: hinc misericordia secum impunitur, inde crudelitas: hinc hinc affertur.* &c. Erravi: debuisse dicere admirabili mansuetudinem Dei, qua eo ipso tempore momento, quo gravissime injurias curam gerit, eumque maximis beneficiis liberaliter cumulatur. Nega, si potes, mi peccator, nonne ea ipso nocte, quam inter obitantes, inter laevis, inter blasphemias impie transiegit, Deus salutari rore, ac pluviiis agrorum tuos, ac vineas fecundavit? Nega, si potes, mi pec-

ator, nonne ea aurora, qua in natu peccati lathalis dormiebat, Deus, greges tuos per pasca, apiculas tuas per valles, & campos ad tuum emolumentum deducit? Nega, si potes, O peccator, nonne eo tempore, quo turpissimè mandata Dei transgredieris, Deus sacro Praconi textum aliquem, aut sententiam Scripturae suggerit, quam ad tuam conversionem profuturam praevideat? Nega, si potes, mi peccator, nonne eo ipso momento, quo ob flagitiosissimum scelus fulmina, & mortem mereris, misericors Deus cohibuit Iustitiam jamjam ad idem propendens kerulam? ah! negare non potes; hoc enim ipsum est, quod non tam suo, quam tuo nomine fateatur Bernardus (de Eoang. 7. panum. serm. 2.) in hac verba misericordem Deum alloquens: *Ego peccabam, & tu distulisti, non continebam a scriberis, & tu a verbis abstinebas.* Et alibi: (De inter. anno c. 31.) *Ego precegabam multa tempore iniquitatem meam, & tu pietatem tuam.* &c. &c. O Bone Deus, quis satis admiretur tuam clementiam, qua erga peccatorem beneficis es eo ipso tempore, quo offenderis? ah! hac certe clementia non hominis, sed solius Dei propria est: &c. &c.

§. III. *Miseri coram Deo: nec ad peccatorem flagellatur.*

7. Tertio denique: quamvis beneficia Dei necdum emoliant cor obdurati peccatoris, nondum tamen cedit Deus; sed tertium arietem admoveat, inquit Laurentius Justinianus, nempe *premi flagellis.* Quibus flagellis? illis, quae ex ipso peccato ad emendationem peccatoris nascitur: solum enim Deus admirando Bonitatis artificio ea ipso lapsu peccatoris erigere conversionis occasionem, & per easdem sentias, quibus ad ruinam proruit, eum retrahere ad salutem: quid de Longino legitur? crudelissimum erat erga Christum, quia in mortui pectus lancea laevit. *Unus millium lancea laevus ejus aperuit.* (Joan. 19.) Verum hac ipsa crudelitas illi in salutem celsit: Monoculus erat, ut infirmam laceraret, & a guttula sanguinis, e lanceato Christi pectore prorucens, oculi simul, ac fidei lumen recepit, postliminio ab Apostolo baptizatus, Episcopos, & Martyr factus est. *Langinus laevus Salutaris aperuit, & gutta sanguinis Christi, eum esse altero oculo privatum, illuminatus est extra, & intus lumen fidei.* Ita Hieronimus. (cap. Bero. serm. 32. n. 17.) &c.

Es ex ipsa astra peccati conversionem ejus ordinat.

8. Verum, omisit hic Scripturae testimonium, licet mihi in medium proferre historiam, quam hanc in rem Sophronius enarrat: (in post. script. c. 37.) *Juvenis quidam in prima juventute intermis animi stimulis ad vitae sanctioris institutum a Deo vocabatur; sed ille vocanti refractarius insubstante libertatis, cupiditate allicimfectus, ita in scelus praecipitatus forebatur;*

Dominica III. post Pentecosten.

CONCEPTUS III.

Qua ratione detractiones, injuria, & Persecutiones hominum malorum fortiter, ac patienter sustinenda sunt.

Et mirabantur Pharisei & Scriba dicentes: quia hic peccatores recipit, & manducata cum illis. Luc. 15.

EXORDIUM.

Christus Dominus calumniarum scribarum & Phariseorum patienter sustinet; nos verba aculeata furiosae vindicamus.

1. Ergone Divinus mundi Redemptor a maledicorum linguis nunquam potest esse illusus? Impiis Scribae, & Pharisei, ut plures vitis scateant, quam olim Aegyptus mulcis, norant tamen alios, & praefertim Christum Dominum continuo in actionibus suis taxare, & perstringere: Nunc illi obijciunt, quod curiosis agrorum in die Sabbathi faciat: nunc quod ejus Discipuli transgrediantur traditiones seniorum: alias eum lapidare conantur, quod se Abrahamum vidisse scirent: hodie flagitant, quod sit factor, & conviva peccatorum: verbo semper aliquid erant, quod traducant, & criminentur. Quo animo sustinet Dei Filius tot improperia, & calumnias? animo mitissimo: non exardescit indidretero furore, non regerit convicia, non calumniarum invectivas probrat sua menda; non fulmina de caelo evocat; sed inter omnes injurias demonstrat revera mentem proflus Divinam, ac caelestem: Lana ut in nocturno tempore a canibus allaveretur, non tamen a cursu suo cohiberi se sinit: quare? quia fides caelestis est: Ita Christus Dominus, quia animum habet supra terram longe elevatum, & caelestem, non turbati se sinit a maledicorum aculeis; sed opus in hinc demprensionis, ad quod missus est, pergit in insuperabili cursu operari. &c. Diligentissimi Auditores! quo tenore per hoc praedictum? percipite paucis: Tranquillitas hominum publica, & etiam pax domestica familiarum ac vicinorum vix per quidquam aliud magis turbatur, quam per linguas maledicorum: quotidie videmus exardescere bella, & lites: quare? ob verba percontantia, ob garritiones lapsufulas, frivolitas, & muliebres. Pro quantum incendium nonnumquam ex modica Centilla! Audit nonnemo aliquid dictum contra se, & ecce, re vix bene, aut etiam male intellecta, in furias agitatur, reciprocatur convicia in conviciatorum, ejus delicta a multis annis occulta proropat, diu, nocteque vindicte fludet, alios etiam odii inflammare contendit: interim immituntur, aut turbato animo perfunctorie aguntur consueti devotions, & plerumque inimicitiae in diuturna tempora prorogantur.

Vel vera sunt, vel falsa, qua nobis obijciuntur.

2. *Propheta.* Christiane anima: ad tollenda tot mala opera pretium esse dixi, ut debilibus his stomachis remedia prescribam, quo ad exemplum Christi infuiscere, & animum, vel alterum holum magis arduum fortiter conquirere discant. Quid agitis in hoc mundo? vultis in hac adversitatum patria ab omni crisi, & aculeo esse immunes? actum est; talis homo, qui omnibus placet, nec fuit, nec erit. Favete.

3. *Diosif.* Nolim, Perilecti, ut me suspicium habeatis, quasi hodie ego adversariorum vestrorum patrocinium suscipere, & pro eorum causa perorare cogitem: Abiit me tanta temeritas. Sentio ego vobiscum, & pro impis, pro sceleratis calumniatoribus habeo, qui ausi sunt contra vos linguas venenatas fringere, & innocentiam vestram serpentibus arrodere. Verum omnis illa medicina, quam stomachis vestris prescribere intendo, de prompta est, ex peno S. Chrysi. (*ap. Serap. de Pass. Dom. par. 30.*) & consistit in hoc uno dilectate: vel vera tibi obijciuntur, vel falsa? si vera, corrige: si falsa, despice. Tractemus fustas hanc bimbrem in interrogationem in nostram utilitatem.

§. I. Si vera, corrigenda sunt vitia.

4. *Confirmatio.* Præsumam igitur conqueraris, mi Christiane, dicens: inimicum habeo sectesum, improbum, corruptum, incorrigibilem, qui me pessime erudit, & de furto, de lascivia, aliisque criminibus suspectum fecit: prorsusquam, ajo, in has querimoniae erumpas, responde, an vera tibi obijciuntur? si vera, corrige: si quaras, quomodo commissa crimina corrigere queas? repono, per hanc ipsam patientiam in sufferendis malefactorum dicitis. Quin immo ex hac ipsa ratione premisit Deus oculum crimen tuum in lucem venire, ut per impropria hominum castiteris, & hac ipsa castigatione emendes: cum ergo audis, te hic, aut ibi inter amicos, & vicinos famis, & facinras fuisse proficuum; cogita tecum ipso, o Bone Deus, non fit tibi injuria; nam quoniam tibi factus sum infidelis, utique promerui, ut & amici mihi fidem, ac amorem frangerent. &c.

5. Quid vides, o Propheta? interrogabat olim Deus Jeremiam: & ille: Domine Virgam vigilansem ego vides. (*Jerem. 1.*) Misa prorsus responso: an enim Virge solent vigilare, aut dormire? Ita est, ait Cornelius a Lapide, solent vigilare, aut dormire; per virgam enim significatur Potestas, & Providentia Dei, ea ratione, qua per sceptrum denotatur potestas regis. Per hanc virgam solet Dominus Deus castigare nostra delicta, atque ut intelligeremus, quod non cæo quodam furore percussus, sed maxima cum discretione poenam commendet culpe, virgam hanc vigilansem conspexit

Propheta: Audimus verba Cornelii: (*a Lap. ib.*) Maximo iudicio, & exacte verborum, ut magnitudo poenæ magnitudinem culpe non superet, nec adæquet. Ex hac visione Prophetica duplicem tibi doctrinam eruo, mi Christiane: prima est, quod prorsus imprudenter, & inepte conquearis contra proximum maledicum, aut persecutorem tuum; ille enim tantum te habet, per modum virge, aut baculi, quem manus iuste possidentis Dei regit, & ut patet ad plebendam tua delicta. Deus non feriet, nisi tu criminiosus esses. Numquam vidisti tapes, aut fellas virgis; & baculis excuti? caduntur multis verberibus, ita ut ingens pulveris nubes in altum evolet: quæ caduntur? quæ sordidi, & pulverulenti sunt: si sordibus, & pulverem non legerent; esse virgas, & ictus non reciperent. Ita tecum agitur, mi bone! Deus ad excutiendum vitiorum pulverem utitur proximo tuo, tanquam instrumento: non ille, sed tu ipse in culpa es, quod cædaris. Hunc in sensum ait Augustinus. (*ap. Bar. serm. 13. n. 27.*) Tribulatio non perit pulverem, sed facit elevare, quod erat. Altera doctrina, quam tibi eruo, mi Christiane, est, ut hac Dei plebentis verbera non cum hore, & impatientia, sed cum gaudio, & gratitudine excipias: quia sunt ingens beneficium Dei. Quid? an beneficium esse queat, cum a maledici linguis pungor, tribulor, proficior? omnino beneficium est; quia in hac vita peccatorum maculis purgatis, quas alias in altera vita severissimis supplicis lacer debuisse. Quæ, truncus ille lignæ, quem statuaris decorticat, amputat, dedolat, si ratione pollet, an possit pro dentis de ictibus artibus conqueri? plene non: mallet utique in statum reformari, quam in fornace ardere: ita & tu, si eliformari, quam in fornace ardere: ita & tu, si lapsus, malle debes hic, quam ibi purgari. Vis, ut gemina huius doctrinæ exemplum proferam?

6. Davidem cogita: fugissis Rex ab inimico Semel verbis opprobriosis, & etiam lapidibus impetebatur; aderant autem, & in lapidibus jugulare volebant; & ecce oblitit Rex, & excusavit per verbum Semel dicens: (*1. Reg. 16.*) Dominus præcepit ei, ut maledictus diceretur. En, mi Christiane, pietissimus Rex David non refundit in maledicentem; sed eum confidat, ut instrumentum Divinæ sollicitudinis. Alia vice, cum duces suos in bellum abigaret, contra rebellem silum, lacrimabundat rogavit eos: *Servate mihi parvam Absalon.* (*2. Reg. 18.*) cur servari rogavit impium & mille mortibus dignum? quia perditionem Absalonis sibi perquam utilem consideravit ad eluendam peccata. En, mi Christiane, pietissimus Rex persecutorem suum non pro helle, sed pro benefactore habuit. O quam procul tu abes a sanctorum sensu, & virtute! David in omnibus adversis cogitabat: Meritum tuum, meritis tui propter mea peccata: igitur & tibi ad quodvis verbum injuriosum non intenditur: quid illi nocerent calumniae? nihil. Deo

Mentio hoc patitur, quia peccavimus in fratrem nostrum. &c.

§. II. Si falsa, despicienda sunt convitia.

7. Jam ad alteram Chrylost. (*ubi supra.*) interrogationem veniamus: Mi Christiane, præterquam conquearis contra maledicentem linguarum, dies, in falsa tibi obijciuntur? si falsa, despice: quaris quomodo, qua de causa despicienda sint? Respondeo, hoc ipso, quia falsa sunt. Convicta menti resti, Canit Ovidius (*4. Fastorum.*) *fama mendacia ridet:* contra sagittas male linguæ non est lorica melior, quam bona conscientia: hinc Seneca (*lib. de Meritis.*) ait: *Superat conscientia, quidquid multo fuerit lingua.*

8. Postquam Filius Jacob, qui contra fratrem Josephum patricidiali impietate peccaverat, compto tritico cum faccis, & anis ex Aegypto abierit, misit Josephum Prorex dispensatorem domus, præcepitque illi, ut fratres de furto scyphi, quem de industria in sacco Benjamin clam ablonderat, severe argueret: fecit, ut iustus est dispensator, persecutus est itinerantes, illique aultere exprobravit: *quare addidisti malum pro bono?* (*Gen. 44.*) & ecce trucidarunt, expalluerunt, & perditos se arbitrabantur, excepto Benjamin, qui oculum non mutavit, quamvis scyphus in ejus sacco fuerit inventus. Cur autem non expavit? audit Theodoretum (*in hunc loc.*): *Omnes turbati sunt, præter Benjamin, unde offensa est conscientia conscientia potest.* Habet hoc privilegium bona conscientia: quod cum impit re quavis turbatur, continua pace etiam inter bella fruatur, & inter ferocissimas passionis intrepida, ac constantis perseveret. Mi Christiane: oblatret tibi hominum malicia, quidquid velit; si innocens es, lateat tranquillitate conscientia, de qua Bernardus (*lib. de Conscientia.*): *Nec contumeliam verborum metui, nec damnata verum.*

9. Bene se habent omnia, ait nonnemo; verum nisi contra oblectans pro mea fama decerem, ab omnibus nocens existimor. Existimaberis, quid tum? qui Christiana fortitudine semel decrevit spernere hominum dicitia, facile etiam contempnit hominum judicia. Quid nocent tibi fallaces mundi sensus, si coram Deo sis innocens? sicut umbra murum album non commaculat, ita malevolorum signata nullam tibi navum aspergunt. Quin immo si patienter præteris, si generose dimittes, si ridendo despicias contumeliam, contices ubique Christiane fortitudinis, & innocentia nomen; scient enim omnes, saltem probi (ceteri omnino curam non sunt) se tui, inquam, quod affinitat Seneca (*lib. de moribus.*) *Falsi sæpe posse famam, conscientiam navquam.* S. Athanasius Alexandrinorum Patriarcha sanctissimus (*Ribaden. 2. M. 2.*) coram numero Episcoporum Concilio, tanquam proditor patriæ, tanquam scortator; tanquam veneficus, publice fuit accusatus: quid illi nocerent calumniae? nihil. Deo

causam illius agente, accusatores in ruborem dati, ille summo in honore habitus fuit. S. Gregorius Nazianzenus a tumultuosa plebecula ad Judicis tribunal raptus, & tanquam publice pacis turbator (*Ribaden. 3. M. 1.*) ad nocem postulatus fuit: quid nocerent illi calumniae? nihil: a iudicibus pro innocente declaratus, ibi invenit honoris testimonium, ubi metui poterat fame dispensionis. S. Augustinus a Manichæo Secundino hæretarcha impissimum decumanis diffamationibus, & opprobriis publice fuit proficissus: quid illi nocerent calumniae? nihil: sua innocentia erat solatium Augustini, (*lib. contr. Secundin.*) dicitur: *Senti de Augustino quod libet, sola me conscientia non accuset.*

10. Eamus, visitemus illam turrim Papiensem: quis ibi incarcerationis? Boethius est, viro-rum maximus; dignitate consulari, nobilitate, eruditione, sanctionia supra mille alios conspicuus; a Rege Theodorico ad æternas carceres damnatus: quid agit? quo animo sustinet inimicam sortem? animo tranquillissimo, ita ut alios consoletur, & consolationes per quatuor libros extendat: ubi alii plangunt, ille cantat versus, qui omnem dolorem incantare possunt. Eamus, visitemus arcem Londinensem: quis ibi? Thomas Morus Angliæ Cancellarius per quadraginta annos optime meritis, sincerissimus, pietissimus. Jam quia noluit fieri proditor veritatis, factus est scopus, in quem omnium odia collinant: porro in carcere tam parum con-gestatur cor illius ab arctitudine loci, ut rideat aliorum lacrimas; & per plateas ad mortem ductus, sanctas factas spargat. Eamus, visitemus illud castellum: quis ibi? Maria Stuart, Angliæ & Scotiæ Regina in arduoso viginti annorum carcere ab impia cognata Elisabetha detinetur: Morti adjudicata, ut feralem sententiam sibi prædictæ audivit, nec in minimo turbata, oenam iustri mandavit; faminatem servorum magis fidelium bibit, testamentum relegit, calentissimam fudit orationem, & in ipso theatro, ejus neci destinato, vultu serenissimo solata est eos, qui lacrimabundi genero compatiebantur. Tæcco plura Christianæ generosissimi spectacula: &c. &c.

11. *Epiloqu.* En, mi Christiane, hoc vultu, hoc animo excipiant Sancti injurias, dum tu interim ad minimum verbi aculeum, sepe male intellectum fere in rabie exardecis, viciniam omnem lamentis fatigas; & ad odia, ad bella dancium canis. An Christianus es? sum, inquis: an necis Christianorum esse patit? an non respicis exemplum Christi Domini ad omnes injurias, & calumnias mansuetissimi? quid allegabis olim in iudicio, te pro Christo passum fuisse, si iniquum verbum conquire non vales? Age, induere fortitudinem: si vera tibi obijciuntur, pro Christo corrige: si falsa, pro Christo despice. Amen.

Dominica IV. Post Pascha.

C O N C E P T U S I

De bona intentione operibus nostris praefigenda.

Præceptor totam noſtram laborante nihil capiunt, in verbo aſſentit non laborante. Luc. 5.

E X O R D I U M.

Multis laborant sine merito, idque vel ex defectu gratiæ, vel ex defectu intentionis.

1. **Q**uis non merito compatiatur infelicis Petro? tota nocte laborare, sudare, fornicum, ac quietem negligere, frigido aeri, ventis, fluctibus exponitur esse, rena milles projicere, milles retrahere, nec tamen lucrum, aut capturam vel minimam facere, plane res est molesta, ac tædiosa. Verum Christiani Auditores, vobismet ipsi ingemiscite. O quot sunt ex vobis, qui in hoc mundi pelago laborant et sudant, fatigantur, ærumnis, ac advertitibus premuntur, nec tamen meriti fructum faciunt: Rex sceptrum, miles gladium, mercator ratiocinia, factor acum, futor subulam, feriniarius dolabram, scriba calamum, studiosus librum, rusticus stivam tractat: quo fructu? qua mercede? plane nulla: cum aliquando ad mortis confinia ventum fuerit, eheu! meruo, ne plurimi fateri debeant: *nihil capimus.* Quæ autem causa hujus damni tam perniciosa? respondeo, duplex hæc causa est: primo, quia multi laborant in nocte id est, in statu peccati lethali; absque gratia enim Divina opera nostra Deo placere neutiquam possunt. Secundo, quia non laborant in verbo suo, id est, quia operibus suis meritoriam intentionem præfigere negligunt; absque hac enim non relevatur opera tua, ut uti ceteroquin in gratia constitutus sis, ad meritum æternæ mercedis. *Multa sunt in unitate ait Albertus Magnus (l. 5. comp. Theolog.) quæ tamen non sunt meritoria, eo quod non sunt ex caritate.*

2. **Proposito.** Agite, Christianæ animæ, laborate, sudate, currite, scribite, arate, metite, & officia vestra tractate; non repugno; verum per salutem vestram oro, ita hos corporis labores exercete, ut & cedant in animæ emolumentum, idque fieri debet per puram, ac sanctam intentionem. Attendite: hæc erit hodierni sermonis materies.

Quid sit bona intentio.

3. **Explicitio.** Ante omnia explicandum venit, quid sit bona intentio? nuncium est actus voluntatis, quo actiones nostræ ad finem supernaturalem diriguntur. Brevia agunt sine fine; rationalis homo autem se, siveque actiones omnes per voluntariam oblationem elevare

debet ad finem, ad quem conditus est. Atque hæc intentio duplex est, *actualis*, quæ actualiter, & reflexe opus præfens refert ad Deum; & *virtualis*, quæ in virtute præcedentis actus opus suum ordinat ad Deum: quævis prima, nempe actualis intentio securior sit, nihilominus & virtualis sufficiens est, teste S. Bonaventura, Scoto, Suarezio (apud Barz. ser. 26.) alitque, adeoque si primo mane, quando a nocturna quiete surgitur, totius diei oblatio fiat, probabiliter totius diei opera virtute hujus intentionis, nisi per peccatum revocetur, aut penitus extingatur, ad rationem meriti supernaturalis elevantur, tantoque coram Deo erunt perfectiora, quanto purior, ac sanctior fuit, a qua dependet, intentio.

Exercitium bona intentionis est necessarium ad meritum colligendum.

4. **Confirmatio.** Atque hæc methodum opera nostra supernaturalizant non tantum utilitatis, sed & necessitatis esse arbitror: explicio me. Postquam Josephus Ægyptium venturam septem annorum sterilitatem Divina revelatione cognovit, immensum frumenti apparatus e finitimis regionibus convexit. (Gen. 41.) An hæc providentia fuit? fuit, sed & fuit necessitas; si enim tempore sterilitatis neglexisset eam annonæ copiam accumulare; sine dubio tempore sterilitatis illi, torique regno miserandum in modum pereundum fuisset. Quid sterilitatis, quid sterilitatis nomine hic subaudiatur, satis ex S. Augustino (in specul. precat.) colligere licet: *utrum*, inquit, *inopissima providerent homines contra sterilitatem futuram, sicut Joseph.* Hæc præfens vitæ tempus est fructuum, futura æternitas est mera sterilitas: nunc providendum est æternitati; nunc colligenda merita, nunc nulla merendi occasio prætermittenda: certe operæ pretium foret, ut homo in adoranda Dei Majestate totius vitæ horas, ac momenta singula collocaret. Sed eheu! quam modica sunt, quæ Dei servitio impenduntur, temporis spatium: quantum vitæ nostræ partem sibi vindicat somnus? quantum etus, & potus? quantum recreatio? quantum labor corporalis sustentationi necessarius? quantum vitæ nostræ partem non nunquam inutilem facit status peccati? profecto si computus fiat, vix centesimam vitæ nostræ partem Deo impendi deprehendemus. Ita deplorat Seneca: (l. 1. Epist. 1.) *Magna vitæ pars elabitur male agentibus, fore tota aliud æstivetur.* &c. Quæ ratione igitur, o homo, colliges merita, nisi hanc intentionis industriam usurpes? non suppetit tibi tempus, ut ores; mediteris, contempleris: non suppetunt facultates, ut insigni liberalitate ægris succurras; non suppetit occasio, ut heroicis de teipso victorias reportes; non suppetunt vires, ut atopulculum ciliis, flagellis, jejunijis extenuas. &c. quid ergo faciendum, ut virtutibus ditescas? nempe opera, ac labores, ad quos vitæ, ac sta-

tus ratione obtringeris, Deo offerendi, & per intentionem meritoriam sanctificandi sunt. Ita monet Apostolus (1. Cor. 10.): *Sive manducati sive bibiti, sive aliud quid feceris omnia in gloriam Dei facite.* O laudetur infinita Dei Bonitas, quæ opera nostra, & etiam indigentias nostras, uti comedere, bibere, dormire, acceptat tamquam cibi soli factas, si per intentionem meritoriam illi dantur!

Homo multa demerita accumulata.

5. Præterea considera, mi homo, quantum quotidie demeritorum cumulum coacervas: vix hori transit, vix quadrans, vix momentum, quo non saltem modice delinquis: o quot cogitationes vane, inutiles, ambitiosæ, avaræ, temerariæ, obsequiæ! o quot verba otiosa, iocosa, scandalosa, perniciosa! o quot opera peccaminosa quotidie committuntur! hæc delicta omnia tantum gravia, quam levia studiosissime annota demon, & in unam suam nigricantem colligit, ut ea quondam in judicio producat. Eheu! quam immensam delictorum farragine coram oculis habebis! quid agis? quæ providentia periculosa! alean prævertis? opponendum est contrarium contrario: accumulanda sunt merita, quæ, quantum fieri potest, in æquali mensura opponas delictis; quemadmodum ergo utarius avarus (similitudo est S. Gertrudis (l. 6. in fin. c. 54.) nullam occasionem prætermittit, quæ vel unicum denarium lucrari potest; ita tu nullam actionem, ne motum quidem digiti negliges, quem non la Dei laudem, & salutem tuam convertas: hanc in sensum admonet nos æterna Veritas (Matth. 6. v. 19.): *Nolite thesaurizare vobis thesauros in terra, ubi oratio, & sine a demolitur, & ubi furcs effodiunt, & furantur.* *Theaurizate autem vobis thesauros in celo, ubi neque oratio, neque sine demolitur, & ubi furcs non effodiunt, nec furantur.* Queris, quæ ratione per actiones singulas addendum est aliquid. Væ tibi, si demones actionibus tuis thesaurizat opera mala, & tu, non econtra thesaurizes bona.

Sancti frequentant exercitium bona intentionis.

6. O quanto studio, ac solertia hæc artem spiritualiter discendi exercebant Sancti! putas, quod semper orarint, semper jejunarint, semper ciliciis, ac flagellis carnem cruciantur? curas, labore manuum magnam dei partem implerunt, sancti Confessores ligna sciderunt, hortos coluerunt, onera portarunt, sporas texerunt: sanctæ Virgines acu phrygia tapetes confecerunt, jala duxerunt, linea dealbarunt, pinxerunt, coxerunt, lavarunt &c. Hosque labores conlatur ad Deum relegendo magnos meritorum thesauros collegerunt. Fuit et priscus Alcega aliquis, (Drexel. in omni l. 1. c. 1. §. 8.) qui quotiescumque aliquod opus erat aggressurus, subsistebat aliquantulum per cogitanti similis: in-

terrogans, quid hoc ageret? respondit, opera nostra ex se nulla sunt, velut informis trabs, nisi recto fine, sinceraque intentione velentur, ac velantur. Et velat, qui sagittas ad scopum ejaculandis curvat, non emittunt ante sagittam, quam oculo collinearint ad metam; sic & ego, quidquid demum acturus sum, ad Deum, tamquam siquem ultimum, intentionem dirigo, & ideo cogitandum subsisto: Sanctæ Magdalene de Pazzi continuo incubabat suis Monialibus, ut omnes etiam minimas actiones purissime ad Deum referant; saepe inopinatum querebat ex illis, cur hoc, vel illud facerent, nec aliam expectabat responsum, nisi illam: *Præparate Deum.* (Vita S. Magd. de Pazzi, c. 37.) Venerabilis P. Nicolaus Lancicius S. J. adeo exercitio sanctæ intentionis delictus erat, ut dicitur, per scalas ascendens in singulis gradibus illud repetisset: *Præparatum est illud sancti cuiusdam cœci, qui a B. Chirico (grad. 18. interrogatus, quomodo in tanta rei culinariæ occupatione, quæ ducentis triginta Religiosis, præter externos, & peregrinos, alendis sufficeret, tamen adeo hilaris, compositus esset animo? respondit, id ex eo fieri quia omnia tantum Deo faceret.* &c.

7. Vides, Christiana anima! vides enim fontem, ex quo Sancti Dei in signa sua merita hauserunt? & tu negligere ausis tam facile, & simul quantumvis intentionis exercitium? dic, obsecro, si Deus tibi nunc potestatem concederet, ut quidquid per hæc horam tergeris in aurum mundissimum converteretur, voluit Poeta de Myda rege Phrygia fingere: *nam in defectu circumcurfates, nunc ligna, nunc lapides, nunc ipsos muros, ac pavimentum angeres? ecce, tam nobilis chrylopaia excrecet per intentionis industriam, quam omnes actiones convertuntur in illud aurum, quo calum emper.* Erubescere, quod amore anime tuae facere lupifedecæ, quod facturus esses amore avaritiæ. Heu! quantum aliquando deplorabile tuum foecium, cum meritis vacuum Deo jugo ditabis; debique, quam facili negotio ingentes meritorum thesauros colligere potuisses! quanta cum penitentiæ unguibus in teipsum lavies! Ecce tua, quanta cum exultatione letabitur alius, cum se absque difficultate, & ut ita loquar, sensim sine sensu spiritualiter locupletatum contemplerit! &c. Notabile est, quod Eusebius Nierembergius de Joanne Soto coadjutore temporali e S. J. commemorat: Ille postquam longa annorum serie sartoris munere functus erat, morbo lethali ad extrema deductus, antequam spiritum ageret, iterato suam acum efflagitavit: ridebant ad hæc circumstantes, & agrorum sibi feribrium actu emota mente agere putabant. Inlicit ille: non ita est, inquit, noudum a mente alienus sum, scio, quod ago, acum meam instantissime rogo, ne denegate mihi tutum mortuorum obsequium. Voti damnatus, acum fuit verus calum erexit, & sereno animo dixit: Hæc mihi acus ante in vicem claviculæ erit, quæ calum refert.

referabo; nunquam ea usus sum, nisi Dei amore, & fratribus meis haud aliter laboravi, quam si Deo laborarem. His dictis paulo post vivere desistit, & in aeternitatem perrexit. &c.

8. *Epilogus*. Perge, o felix frater, perge & acum tuam nobis testamento relinque, qua continuo pungamur, ut semper recordemur, operibus nostris sanctam intentionem praesagere. Agite, Christiana peccora, nunquam et nocturna quiete surgite, quae elevato simul in caelum animo Deo totius diei actiones offeratis: Dicite, o Domine Jesu, tibi cor, corpus, animam, omnes animae potentias, omnes corporis sensus, omnes haitus, omnes arteriarum pulsus, omnes aeternales actiones ex toto corde condono: prosteror me nolle operari nisi ad tuum solius beneplacitum. &c. Hanc intentionem deinde interdum una, aut altera vice uno cogitatu repetite. Ita fiet, Christiana peccora, ut ingentem meritum thesaurum accumulatis, & in mortis olim articulo factor suam acum, folor subulam, faber malleum, scribarius dolo-bram, scriba calamum, rusticus aratrum versus calum levare, & tranquillo animo dicere possit: Domine, tibi laboravi, jam mercedem largire aeternam, Amen.

Dominica IV. post Pentecosten.

CONCEPTUS II.

Qua arte opera nostra, cuiusvis vocatione propria ad excellens meritum elevari possint.

Duc in altum, & lassate vela vestra in captivam. Luc. 5.

EXORDIUM.

Perfektio Christiana fundatur in operibus quotidianis, per sanctas intentiones vite elevatis.

1. **N**escio, quam fallacibus idelis multi decipiantur, dum Sanctitatem, & vitam Christianam Perfektionem, tanquam rem arduam, & impossibilem, sibi fingunt, cum tamen ea tandem in nullo alio consistat, nisi in operibus cuiusvis instituti, muneri, ac gradui propriis: praefertim geminis hac in re invenio errores: Primo, (P. Paulus Segn. *Manna anima 27. Mariti*) sunt Christiani, qui desiderio inflammantur illarum actionum, quae ad senon pertinent, creduntque, si forent in alio statu se perverturos ad insignem virtutem, facturosque reseximias; O utinam non effem usoratus; ait aliquis; utinam non effem secularis, ait alius: na ego brevi S. forem. Deciperis, mi bone: *Neerigas equit utat ad opem, quas non poter habere.* (Prov. 21.) monefacier Proverbialtes; pro eoenim, ut alienas consequaris divitias, amittis proprias, a quibus interim oculos advertis. Quae sunt illa opera, quae Deus certo a te requirit? Insuper officii tui: donec status in his omnem tuam

confumere diligentiam, illa alla, ad quae aspiras, non te faciant sanctum, & inquietum, & deceptum. Secundo, sunt Christiani, qui putant Sanctitatem consistere tantum in operibus excellentibus, administrandis, & heroicis. Deciperis iterum, mi bone: *In amabilis operibus tuis, procellens esto,* ait Ecclesiasticus c. 32. ex quibus verbis vides, Sanctitatem non in operibus quaeri, sed in operante. Sicut opera tua ignobilia, quae tractas, sufficient ad Sanctitatem, modo fiant cum ea perfectione, quae ipsis convenit. Quae quoque fortitudinis exempla dedit illa Muller fortis, in scripturis adeo dilaudata? (Prov. 31.) an in aciem processit, ut Debbora? an Sisaram confixit, ut Jabel? an Holokernem jugalavit, ut Juditha? Nihil simile: omnia ejus praedare gesta consistunt in tractanda colo, in lana, in lino quarendo, in lampade animanda, in curandis Domesticis. Verbo officium suum bene fecit, & ideo sancta erat. &c.

2. *Propositio*. Quapropter, Christiani Auditores! quam optime me de vobis meritum confido, si perfectam Sanctitatis methodum vos compendiose edoceam; quae solum in eo consistit, ut opera nostra, cuiusvis vocationis propria, per sanctas intentiones elevemus. Christiani non iusti hodie Petrum a pascatione facessere, & contemplatione vacare; sed dixit illi: *Duc in altum, & lassate vela vestra* (Luc. 5.) Idem ego vobis inculco: Ducite in altum, elevare opera vestra, & lassate in captivam, hoc est, ad grande meritum. Favete.

Modus elevandi opera nostra consistit in quatuor rebus.

3. *Diviso*. Totum artificium, quod vos hodie in excolendis operibus quotidianis edocere cupio, fundatur in quadruplici praxi haec: primo, ut opera per rectitudinem intentionis diriganur ad scopum Divini beneplaciti; Secundo, ut uniantur meritis Christi; Tertio, ut sint conjuncta cum desiderio Dei, ac plura faciendi; Quarto denique, ut Dei assistentia in auxilium vocetur. Hic tandem est lapis Lydius, quo inaurantur opera nostra; haec methodus est, quae *ducitur in altum*, & ad insigne meritum elevatur. Dilucidemus jam singula.

§. I. *Primo debent per intentionem puram ad Deum dirigi.*

3. *Confirmatio*. Primo oportet opera omnia per rectitudinem intentionis dirigere ad scopum Divine gloriae, & beneplaciti: infra hunc scopum alius nunquam designandus. Omnes creati sumus propter Deum; hic finis noscer est; ergo etiam omnes potentia animae, omnes sensus corporis sunt propter Deum. Quotiescumque igitur aliquis sensus, aut aliqua potentia operando non tendit ad hunc finem, opera hunc inultia: quotiescumque tendit contra hunc finem, opera sunt iniqua. Si forte scrupulus tibi

tibi inhaereat, mi Christiane, an etiam opera ex te ignobilia, uti servum, aut ancillam agere, edere, bibere, dormire, arare, occidere, triturare, officium tractare, & quae sunt similia, Domino Deo meritorie offerri possint. jubeo te absque scrupulo esse; possunt sine dubio Deo offerri, cum ajat Augustinus (In Ps. 13.) *Non vultis intendas, quid homo faciat, sed quid cum facit, operatur.* Proinde in eo versatur tel cardo, ut has, aliasque actiones, quamvis ceteroquin ad temporalem sustentationem tibi necessariae sint, nihilominus non ad temporalem sustentationem, sed unice ad Dei beneplacitum intendas. Audi, quam praclare S. Gregorius; (l. 28. Mor. c. 6.) hanc vobis doctrinam insinuat; inquit: *Vigilanti cura per cuncta opera intentio nostra pensanda est, ut nihil temporale in bis, quae agis, appetat, sed totam se in sollicitate aeternitatis figat.* Ponamus itaque, quod te arantem, occantem in campo inveniens, quaeram, cur aras, cur occas? nolim mihi respondeas, ut pingui messem consequar, sed, ut Deo placeam. Ponamus, quod te domi laborantem, futuriam, factoriam, aut fabrilem artem exercentem offendens interrogem, cur calcos conficis, cur vellem farcis, cur malleos agitas? nolim mihi respondeas, ut familiam sustentem; sed, ut Deo placeam. Et sic loquendo de aliis laboribus, si id agas, poteris per opera trivialis, ac vilissima ad eandem Sanctitatem eluctari, quae per opera nobilissima, & interrarum Regnorum regimen.

5. Advertis pie, & erudite S. Ambrosius, in transfiguratione Christi Moysea, & Eliam comparasse, utrumque aequali gloria, ac splendore coruscantem: itane aequali? putarem ego Moysem sublimiori gloria gradu resullurum; quia fuit Dux populi, Dei in Aegypto Vicarius, succensus potentia, dum contra Elias cibi indigus, meliota vilis, sine comite in exemis, & ferarum latebris haerebat. Verum hanc aequitatem non attendit Deus, inquit S. Ambrosius (T. 1. d. 10. c. 17. *beatus. c. 8.*) quia *operatio eius commendavitur, non ex nobilitate actionis, sed ex affectu; Bratus Elias, & Moyse aequalis meritum fundavit, quando cum Dominus in transfiguratione gloria resullerant.* En, mi Christiane: inter opera secundum te non est differentia, modo ad Deum diriganur omnia.

§. II. *Secunda: debent unius meritis Christi.*

6. Secundo: postquam hoc modo actionem tuam direxisti, nondum est ad quietiendum *Duc in altum*: ut excellentiorem reddas, unice oportet; sed cui? operibus, quae Jesus fecit: ista sunt, quae illi dare pretium possunt; nam quidquid per te agis, vile, ac sordidum est; quantumcumque te propriis circumdases vestimentis, semper apparebis coram Deo pannosus, ac sordidus. Quid igitur agendum? comparare debes sub patris Jesu Christi indumentis: *Induisti Ioson Christum.* (Rom. 13.) Juvenis Jacob et Juditha Matris Rebeccae se induit vesti-

mentis Esau, & ita a patre Isaac bene-dictionem paternam, hereditatemque oblandit est: agerrime tulit hanc fraudem Esau, & exitiis odio persecutus est fratrem: Verum, mi Christiane, non male fecit Jesus, si vestimenta sua tibi usurpes; atque tu interim a Divino Patre, cum sentest *voluntatem illius Praerantiam*, (Gen. 27.) eam benedictionem imperabis, quam ex te ipso haud quaquam mereris: *gratificat in Christo filio suo.* (Ephes. 1.) Esto, quod opera nostra saepe tibi mendosa, esto, quod defectibus plena, tamen ea grata habet caelestis Pater, si sint meritis sui Filii unita, quemadmodum artifex etiam scortiam accipit propter aurum, & Medicus etiam glebam propter radices, & herbas salutiferas, quibus adhaeret; ita Deus non despicit opera nostra propter tam pretiosam cum meritis Christi unionem. &c. &c.

§. III. *Tertio: debet accedere desiderium plura faciendi.*

7. Tertio: unita in hunc modum actione, ulterius est procedendum: *duc in altum*. Dilatandus est animus desiderio longe plus sciendi pro Deo, quam sit illud medicum, quod facis: si audis, peccatorem aliquem ad Christi pedes compunctum fuisse adductum, desideria adducere in illentis. Si infirmus es, desideria tamen jejunare, cilicia ferre, flagellis in te verberare: si obedienti, munere, aut conjugio alligatus es, desideria tamen, concionari, rudes instruere, Indis praedicare, mundum convertere: si sudorem spargis, desideria posse spargere etiam sanguinem: si quid molestia toleras, desideria etiam conculari: si obolum pauperi largiris, desideria posse largiri interregnum talentum &c. Has enim voluntates Deus haud fecit, ac ipsum opus accipiat: *Non amaret facultatem,* ait August. (*Ser. 220. de temp. in fin.*) *sed coram voluntatem: scit, quia voluisti, & non possidisti: sic te duxerat, quae feceris, quod voluisti.* Quemadmodum arborum flores etiam sine fructu nos delectant, & viti recreant: ita Deum pariter lole bene operandi voluntates, vota, & pia desideria alicuius, tamen operum consecutio nulla apparet: hac similitudine utitur Auctor operis imperfecti, (*bon. 39.*) inquit: *Voluntates bonae si fuerunt apud Deum, quemadmodum apud homines odoriferi flores.* Hinc est, quod utimi operari, qui hora undecima venerunt ad vinum, aequali primis mercedem acceperunt; quia, licet non raturum laborant, laborare tamen desiderant. Itaque, cum res tibi sit cum Domino tam bono, noli quasi vile conchylium in testa sua, concludi angustis vis simplicis actionis, quam exeres; sed affectum dilata: *Dilatatum tenentur,* ait Propheta (Isa. 54.) tanto enim eris capax meriti. Nisi plus merearis, quam juxta proportionem operis, quod facis; parum admodum mereberis: oportet simul desideria juvari; sicut enim ista nihil profunt, quando interim opera omittis, ita his adjuncta plurimum profunt: *Eandem habentes remunerationem, quasi sedem facerent*

opera, quae ego facio, dilatamini & vos. Ita Apostolus suos Corinthios admonuit. (2. Cor. 6.)

§. IV. Quarto debet Deus in auxilium vocari.

8. Quarto demum, dilatata sic actione, nondum est ad quietandum; sed ulterius promovendus gradus: *Huc in altum.* Hoc fiet, si Deo commendes hanc ipsam actionem, ut ad exitum perducatur absque defectu vanitatis, aut impatentiae, inconsiderationis, aut tœdii. Non est satis explicabile, quam fragiles, miseri, & imbecilles simus; nisi Dei auxilio firmemur, post proposita etiam sanctissima cito deficiamus, & velut infantulus, si a manu nutricis non succoleretur, in mille infirmitates prolabimur. Propheta Elias, persecutiones impie Jezabelis fugiens, ita deponit animum, ut pro pusillanimitate mortem sibi accelerari petierit: *Spicet tibi, Domine, tolle animum meum.* (3. Reg. 19.)

Quid hoc rei? quis ita deiecit loquitur? esse ille ille prodigiosus Vir, qui calum, terram, ac elementa omnia miraculis complevit? ergone fugi, tremi, minas infirma maleris expavescit? ubi est illa constantia, ubi libertas praedicationis, ubi fortitudo? nempe ex hoc pusillanimitatis spectaculo edocemur, quid ex nobis ipsis sumus: ante oculos vobis ponite, Auditores, Prophetam ibi prodigia patratem, hic autem trepidantem, & desuper S. Gregorium (1. 19. Mor. c. 3.) audite: *In illis altitudinibus Elias, quid de seipso poterat, agnoscebat.* Eheu! ex nobis ipsis nihil sumus, nisi fragiles arundines: unde plurimum nostra interest, ut in omnibus actionibus Dei auxilium imploremus. Id quod tanto studio fuit commendatum ab antiquis Eremitis cultoribus, & hodieum in sacri Breviarii per solutione singulae horum verbis illis inchoari iubentur: *Dei in adiutorium meum intende.* Neque putes, mi Christiane, Domino Deo unquam molestum fore tam familiarem recurrendum; amat enim te, & ardenti affectu curat tibi parari: est autem proprium amanti, velle habere partem in omni opere amati, & ejus negotia non aliter, quam propria tractare. Itaque si gustum dare velis tantopere amanti, omnia, quae agis, in ipsum exocera. Dic, ut ipse eorum curam gerat, ut eum nihil posse, nisi plenum defectibus. *Domine, ad adjuvandum me festina. Domine, ad adjuvandum me respice. Adjuva me, nullum aliud auxilium habentem, nisi in te, Domine.* &c. &c.

9. Episcopus. Hac tandem, mi Christiane, quaestio illa ars est, quae per opera tua quotidiana insigni Sanctitatis meritum colligere potes; atque hac exercitatio nihil minus quam difficilis est, quia non tam intellectus, quam voluntatis opus est. Practice omnia in compendio habet: Mane consurgens actiones omnes, quas de die facturus es, ad Deum, tanquam scopum unicuique, dirige: Domine, tibi offero,

ac condono actiones omnes hujus diei unice ad beneplacitum tuum. Deinde tui cum meritis Christi: Domine, condono tibi eas intinctas Sanguinis Redemptoris mei. Porro elice desiderium plura faciendi, Domine, utinam per has actiones omnium creaturarum corda possem supplicis ardoribus ad te amandum accendere: Denique Dei auxilium implora: Domine, tu scis, quod ex me nihil possum; ideo tu mihi cum gratia tua adesto, ut tibi placeam. &c. Atque ultimato hos affectus interitum nonnumquam renova, sicutque, ut sicut hodie rete Petri referam erat piscibus; ita aliquando in mortis articulo invenas animam tuam plenam meritorum cumulo. Amen.

Dominica IV. post Pascha.

CONCEPTUS III

De confidentia collocanda in Dei Providentia, quae in rebus afflictis, dum desperata videntur omnia, mirabiliter solet succurrere.

Et cum hoc fecisset, conclusit piscium multitudinem copiosum. Luc. 5.

EXORDIUM.

Christiani si res male succedant, sunt impatientes, cum tamen Deus gradatim soleat operari, cum desperata videtur omnia.

1. Dum instructivum Petri per totam noctem infelicis successu plicantis laborem considerandum perpendere, sciendi curiositas me incellit, an non insano conatu succensere, & in indignationem, ac impatientiam delabi occiperit: etiam in tempeste nocte laborare, sudare, algere, famere, sitire, & excensata incommoda absque operis lucro pati, ea est fastidiosum materia, ut mirum non foret, si Petrus in mille impatientiae argumenta animum, ac linguam solvisset. Verum absit tanta suspicandi temeritas a sanctissimo Apostolo: certe longe solidiorem virtutem habebat ille in adversis, quam multi nostri temporis Christiani, qui in modica quavis afflictione constituti, si in calum clamant, nec statim Dei auxilium expectant, mox animo deponentes, existimantque, non esse in calis Redemptorem, qui rerum humanarum cura tangatur. Est forte laboriosus opes, qui diurnis, nocturnisque sudoribus vires calcantur, nihilominus agere familiam sustentat: Est paupercola vidua, quae aere alieno gravata, ab importunis exactoribus ad solutionem urgetur: Est alius, qui diu forensibus litigis intricatus, procuratorum, advocatorumque emutationibus ad incitas redigitur: alius diuturna infirmitate, alius infortunis male afflictionibus, alius aliis infortunis male afflictionibus, & ecce desolati, pusillanimes, ac desperandi lugent & ejulant, dicentes: Ego hominum

minum infelicissimus non exaudior, calum & neum est, per quod non penetrat mea vox; Deus penitus me oblitus: & quae sunt similia. &c. Parcus ista, exiles animae: parcus ista ignoratis Divinae Providentiae ordinem; quae res humanas nonnumquam ad extremam afflictionem devolvi permittit, ut deinde tanto luculentius auxilium ferat. Quis putasset, Perram ex infelicitate, cui per integrum noctem frustraneo labore insudaverat, lucrum adhuc capturum? & tamen Dei Filius tum primum laboranti prodigioso succurrit, cum desperata videbantur omnia. *Et cum hoc fecisset, ait Evangelium.* (Luc. 5.) *conclusit piscium multitudinem.*

2. *Proposito.* Christiane anime! hodie inveteratis vulneribus emphatum praeparo, id est, afflictissimas qualque animas, quae malis suis diuturno tempore collectantur, ad confidentiam erigere contendo, demonstraturus, cum esse Divinae Sapientiae, ac Potentiae legem, ut nunquam manifestis succurrere soleat, quam rebus jam fere clamantibus. Favete.

3. *Confirmato.* Fortissimus Rex David, iteratis inimicorum persecutoribus exagitatus, diversis vicibus suam coepisse legitur. (Lamentum in Ps. 10.) Ita fugit ad Regem Achis in Geth, in Ispeliuncam Odollam, in Maspha ad Moabit, in saltum Hareth, in montem Ciph, in collem Achila, in desertum Mahon, in vineam Engadai, aliaque asyla. Aliquando ab hostibus arduissime cinctus, nullum habebat effugium: cum; amici condolentibus misero, & pro loco illum habebant; inimici insultabant, illique acerbe exprobrabant: mi David, actum est de te, nisi in morem passeris alas assumere, & per aeris convexa eripere te noctis, modicum intra tempus caput unum ad pedes Saulis decasum faceret. &c. (Sper. sc. fel. p. 28.) Deridebat irridens David, & in suprema Numinis protectione curam omnem collocabat; cum ecce insperatus advenit nuntius, qui, subitanam hostium irruptionem referens, Regem Saul unacum impantibus cunctis pro regni necessitate aliorum vocabat: aberunt obidentes, obsequiosae David libertatem actus, insulantibus insultabat.

In Domino confido, quomodo dicitur anima mea, transmissa in manum sinu passer? (Ps. 10.) Quasi diceret: insent inemicis, circumdant insidiae, machinantur malevoli perniciem, scio ego, consilia hominum omnia in vanum recidere, ubi Deus potenti brachio suos defendit.

David ab inimicis, Jacob ab insidiis fratris Esau liberatur.

4. Patriarcha Isaac, ingravescente aetate, oculique caligantibus, mortem suam jamjam imminente advertens, primogenito suo filio Esau paternam benedictionem, hereditatemque constituere cogitabat; prius tamen huic ipsi filium capiendam fere in venationem emisit. (Gen. 27.) Interim dum Esau venationi intentus e domo abest, Jacobus secundo genitus frater illius personam insinctu Matris mentitus, uti sciens

ex Scriptura, jus primogeniturae, hereditariaeque paternae furtus est. Hac res fatales inimicitias inter utrumque fratrem concitavit. Ita, ut Jacob, fratris odia declinaturus, quatuordecim annis peregre, & profuge abire intinctus. Quis crederet, tanta anorum intercepso necdum indignavit primogeniti Esau rancorem: cum enim Jacob una cum ducta, Sponsa, & familia e Mesopotamia in patriam rediret, ecce repente in via Esau armata manu, comitante armatorum manipulo, adfuit, Jacobum cum sequacibus immisericorditer perdidit. (Gen. 33.) O infelix Jacob, quam cara tibi habuit benevolentia Matris! haec mors praematuro tibi gignit ab affectata primogenitura: Verum meliora, Dilectissimi! Video fratres amice convertere, consolaturae, basiare, & in mutua intimi amoris officia necere: quae causa tam subite mutigantur? &c. Nempe dum Jacob desperata omnia esse arbitrabatur, Deus protectorem illius exiit; advenit Angelorum turba; qui timentem in insidiis protegebant. *Vide* exclamat hic Com. a Lap. (in Gen. l. 37.) *Vide Dei & Angelorum erga tuae providentiam.* Hæc sunt prodigia Divinae Providentiae testimonia erga eos, qui Deo fidei adherent. Nemo, nemo desinat quidem a Deo nisi prius ipse Deum derelinquat: &c.

5. Quis erat infelicior misero Tobia? Divinis ordinationibus parit, mortuus sepelivit, egentibus succurrit, pupillarum causas defendit, & tamen excaecatus punitus, mille angustiis calamitatibus, & proprie uxoris ludibris fuit expositus: videbatur a toto mundo derelictissimus: quid evenit, cum minime opinabatur, missus est e caelo Angelus administrator, qui afflicto Tobia lucem oculorum, fortunas, feliciter tatemque restituit. (Tob. 2.) Quis infelicior erat misero Job? divitiis, domibus, armentis, honore, ac valetudine spoiliatus, ex opulento Principe migravit in medicabulum, ex throno in simetum. Quis evenit? cum minime opinabatur, honori, divitiis, ac sanitati redditus, ex finero rediit ad thronum, ex medicabulo in Principem. (Job 1.) Quis infelicior erat misera Sufanna? a duobus lenonibus propodiis criminalis calumnie accusata, jamjam ad rogam, aut lapidationem damnata expectabat seralem sententiam. Quis evenit? Judicio Danielis deprehensa est veritas, detecta innocentia, defensa Sufanna, ita ut tantumdem postea reuteretur honoris, quantum antea ignominie. (Den. 13.) Agnoscentis, Auditores, qui suis in eventibus potentem Numinis dexteram, qui suis in extrema necessitate mirabiliter subvenit? O stultos igitur illos Christianos, qui in suis afflictionibus de Deo diffidunt! stultiores, qui contra Deum opprobriose murmurant, stultissimos, qui in infirmitatibus, aliisque adversitatibus ad remedia scelerata, ad illicites artes, ad superstitiosas incantationes, & diaboli subsidia confugiunt: quid mirum, si in suis necessitatibus consilii, & auxilii expectes perent? &c.

Deus permisit mala, ut suam potentiam demonstraret.

6. Plus dico: hunc ipsum in finem nonnunquam Deus afflictiones humanas ad extremum desperationis anarithum devenire permittit, ut in terribis auxiliis prodigiosam suam potentiam, gloriosam demonstraret. Exemploadduco Lazarum fratrem Magdalenæ, & Marthæ. Postquam ille, mortifera ægritudinis vi oppressus, satis concessit miserum Sorores ad mundum Redemptorem triste de fratris obitu munitum. (Jo. 11.) Quæ hic potest, an scivit Dei Filius amici carissimi morbum, ac mortem? de hoc non est dubium. An præcognovit illius resuscitationem a se faciendam? etiam de hoc dubitare, esset blasphemia. Cur ergo mori permisit? cur non in vivis conservavit Lazarum? &c. Respondet S. Augustinus. (11. 29. in Jo.) id permissum esse, ut manifestaret potentiam, ac gloria Dei: *Dixit sanare, ut post resuscitare.* En, mi Christiane: ac respondeas animum, cum in abyssum omnigenæ infelicitatis demersum te arbitraris: erige animum in Deum, qui forsitan hanc adversitatem ideo permisit, ut mundo tanto clarus innotescat, vivere, ac regnare hodiecum in caelis eundem Deum, qui Davidem ex infideliis inimicorum, Jacobum ex hostilitate fratris Esau, Tobiam a cæcitate, Iohannem ab infirmitate, Susannam a calumniis, Lazarum a morte liberavit. Erige, inquam, animum; quia heri facile potest, ut, qui hodie es in egestate, cras in divitiis; qui hodie in ignominia, cras in honore; qui hodie in afflictione, cras in magna felicitate inveniaris: id quod tibi summo solatio, Deo summa erit gloria. Vis, ut omnibus Scripturarum testimoniis, hanc rem luculenta historia confirmem? confirmabo: Rem, prout Romæ contigit, ex P. Stengelio exscribo.

7. Anno post Christum Natum millesimo sexcentesimo vicefimo septimo (P. Stengel. de Jud. Div. Tom. 3. c. 13.) par conjugum erat in Urbe, quibus, anonyma caritate ad summam inopiam redactis, fame perendum fuisset, nisi per as alienum eum more inducias fecissent. Nam, cum etiam, quod mutuo acceperant, ablumpissent, rediit famæ, quam insuper as alienum fecerat graviores. Sed, in primis creditor fuit gravissimus; is enim, constituto debiti solvendi tempore, importunus aderat, sibique sine mora satisfieri volebat. Nihil illum extrema inopia, nihil preces movebant miserorum. Traxit igitur maritum in jus, fert sententiam Judæx, reus carceri mancipatur. Et ille quidem in vinculis favebat; uxor autem dolebat tanto magis, quod præter inopiam, marito vivo viduum agere cogerebat. His malis afflictis, nihil prius habuit, quam ut undique circumcuraret, quæreretque novum creditorem, a quo mutua pecunia accepta, maritum redimeret. Dum circueit, nescio qui ambulanti nebuloni innotuit; is e vestigio clanculum infectus, & forte viri

absentiam edocuit, ad ades afflictæ noctu accessit. Pullat fores, nemine audito, etiam quærit. Vicit importunitas, ut tandem surgere mulier, quærens de fenestra, quis hominum adfuit? Respondet, aditum se petere, jubet quantocyus lares relinere. Cui mulier, solam esse domi, ait, haud decere, ut hominem ignotum ad ades in tenebris admittat: siquid negotii haberet, crastina luce rediret. Instat ille, perstat illa: sed non diu; postquam enim homo atrocissimis minis edixit, ni actu tuum aperiret, se illam pariter & domum cum rebus exiturum. Quid faceret femina, tantis minis perterrita? Virilem animum vicisset periculi magnitudo: fores recludit, hominem necarium admittit, saltem domum conservatura, si vitam non possit: patefacta janua, velut rapidus canis illam invadit impurus, vitiumque continuo offert. Sed qui Helena speravit, Penelope temperit; non enim ille tam importunus fuit in flagitio petendo, quam illa in recusando. Ex vicat adulterum castra, sed prædationem non superavit. Nam ille, a crimine uno ad aliud conversus, mandavit, ut quidquid domi pecuniarum haberet, apportaret; ni scilicet, flammis rebus subjiciendas intentat. Misera mulier quid agat? non habebat præter duos nummos aureos, quos ea ipsa die redimendo marito mutuos acceperat. Hos lavernioni dare aurum erat, neque periculosum. Sed prævaluit metus, promittimus, sperans se his cetera omnia redimere posse. At longe secus fuit. Ut tigris gustat sanguine magis fævit, ita avarus visio auro magis fuit aurum. Exstimans ergo crudelis homo plus auri ab ea conditum latere, consilium capiti illius necanda; ut ea occisa omnes latebras excutere possit. Hunc in finem laqueum ab ea petit. Negante illa in tota domo esse alium, quam quo asinus in stabulo ligaretur, ventum est ad stabulum; ibi dum securus funem implicatore nodo impeditum resolvit, videt femina clavam ligneam parietis acclinatam, quam haud diu deliberans impetu natura arripit, latronemque, sine detrahendo occupatum a tergo adoriatur, atque uno ictu in terram prostratum, repetito fulmine exanimat: tum cadaver, extra ades tractum, in publica via abiecit. Exorta luce, oritur rumor exadis factæ, accurrunt alii super alios, nec difficile conjuncti ex sanguinis vestigiis, ubi homicidium sit perpetratum. Quis non crederet; actum esse de pia muliere? sed mox lætus in gaudium transit; cum enim undique ad cadaver spectandum concurrunt, adferunt etiam, qui vultum occisi curiosos contemplantes, deprehenderunt manifestis signis, illum ipsum fuisse famosissimum latronem, in præter proscripti, caput centum aurei, qui a magistratu erant promissi. Desertur res ad urbis gubernatorem: numeratur mulieri centum aurei, quibus illa se, maritumque debito exolvit, & quod superaret, ad vitæ necessaria impendit. &c. &c.

S. Epilogus. Christiana anima! aude mirabilium

lem Dei providentiam, qua saltem facit egenum a gladio, & de manu violenti pauperem, (Job. 5.) & tu de hac providentia diffidis? O Christiana Virgo, quæ dote cares! si in lege Domini constanter te teneas, ne time; certe Deus tibi auxilio aderit. O Christiani conjuges, quantumvis egeris, ne time; si legem Domini sedulo observetis, Deus vos mirabiliter ex afflictione eruet. O Christiane! esti calamitatum oceano innates, Deus Adjutor tuus erit. &c. &c. Amen.

Dominica V. post Pentecosten.

CONCEPTUS I.

Quomodo opera nostra constituta esse debeant, ut illdem calum mereamur.

Nisi abundaverit justitia vestra plus, quam Scribarum, & Phariseorum, non intrabitis in regnum celorum. Matth. 5.

EXORDIUM.

Cygnus a sacrificio excluditur. Cur? Pharisei habuerunt tantum simulatam virtutem.

1. P. Rofecto mirandum censeo, quod, cum cygnus inter reliquas aves a colore, a cantu, munditie, singulari commendationem referat, nihilominus in Libro Leviticorum inter immunda animalia reputetur, & tam a sacrificio, quam a mensa excludatur. (Levit. 18.) Quæ causa hujus rei? an forsitan Dominus Deus indicare voluit, quod sicut cygnus in morte solum canit, ita se averfari ejusmodi hominem, qui solum in morte poenitentiam agit? est illa ratio: sed consulamus antiquissimum Originem (in Levit. sup.): *Inter alia animalia cygnus Israel prohibetur: quia foris albis gaudet plumis, intus autem nigerrimam habet carnem.* Consequentur symbolum est ementis ejusmodi virtutis, qualis reperitur apud Scribas, & Phariseos, qui exterius proflentur humilitatem, intus autem superbia intumescunt; exterius præferunt liberalitatem, intus avaritia pleni sunt: exterius prædicant castitatem, intus autem inferna late luxuria maculantur. &c. Deus interna respicit, non externam faciem; opera bona requirit, non speciem operum. Quid prodest horologium, quod exterius quidem artificiose manatur, interius autem exorbitantibus rotulis delatrum est? quid valent poma Sodomæ, quæ exterius quidem rubeat, interius autem cinere plena sunt? ad quid conducit color vividus in agro, cujus intestina atitant, quæ aduruntur? &c. Parem in modum nostra opera, si recta intentione interius delituantur, inania sunt, excluduntur ab Altari gloria, iramiam calcite non referunt. Atque hoc indicare videtur monitum hostierum Christi Domini: *Nisi abundaverit justitia vestra plus, quam Scribarum, & Phariseorum, non intrabitis in regnum celorum.* Matth. 5.

quam Scribarum, & Phariseorum, non intrabit in regnum celorum. (Matth. 5.)

In quo justitia nostra Pharisæam superare debeat?

2. Propositis. Agite ergo, Christiani Auditores, disquiramus paullisper, in quo ergo justitia Pharisæorum consistat, ut intelligere possimus, in quo justitiam nostram abundare oporteat.

3. Diviso. Angelicus D. Thomas (in Matth. 5.) dum Pharisæam justitiam examinat, multiplicem in ea errorem deprehendit, quem nos brevitate studio ad tria capita reducemus: ait justitiam eorum vitiosam esse primo; quia justitia horum erat in presumptione sua actionis. Secundo: quia erat in ostensione operis, non in rectitudine intentionis. Tertio: quia erat in minoribus observantibus, relictis gravioribus legibus. Hæc triplex tinea est, quæ atterere etiam Christianorum opera non raro solet. Percurramus singula.

6. 1. In operibus sanctis non est presumptiose confidendum.

3. Confirmatio. Primum igitur vitium Pharisæica justitiæ consistit in presumptione sua actionis; ita enim Pharisæi presumptuosa confidentia sibi complacere in suis operibus, sanctos se reputabant, a populo, tamquam Rabbinis, & Magistris adorari cupiebant: proh quantum cum fastu ille Pharisæus orans in templo crepabat sua opera! *Jesusus sit in Sababto, decimas de omnibus qua possideo* (Luc. 18.); putabat superbus trafo, se vertice calum tangere. Christiana pectora: en primum illud punctum, in quo oportet justitiam vestram abundare; deponendus est saltus animi: est opera sanctissima, orationes, elemosynas, jejunia, aliaque pro status, ac conditionis vestre ratione frequentetis, cum magna tanten animi humilitate dicite: *servi inutiliter sumus*: (Luc. 17.) quare inutiliter? tum, quia quotidie plura demerita colligimus, quam opera bona exerceamus; tum, quia forsitan hæc ipsa opera coram Dei oculis inanes mendis, ac erroribus, quorum cognitione nobis amor proprias eripit, sunt corrupta. Minatur Dominus Deus per Prophetam: *Cum accipere tempus, etiam justitiam judicabo*. (Ps. 74.) Quid ergo ne non solum malitia hominum: sed & justitia judicabitur? ita est, respondet Card. Hugo (ibi.): *Bona scilicet opera examinabitur.* O quam imitandum erit hoc aurum, si igne Divini iudicii examinetur! quomodo autem judicabuntur justitia nostra? audiamus Malachiam c. 4. *Oris vestri sementibus novum mensem sol justitie.* En, soli justitie comparatur Divinus iudex: iste, ait S. Hieronymus (ibi.), *vera omnia judicabit.* Heu! quantas fordes detegit in operibus nostris lucidissimus iste sol, quæ tamen oculis nostris secundum amoris proprii iudicium mundillima apparebant! Si quis

nocturno tempore aulam regiam ingreditur, pretiosis tapetibus ornata, innumeris luminibus illustrata, auro, argenteoque fulgentem, jararet equeidem in hoc majesticis domicilionibus vel levisimam immunditiam reperit; at orto sole in ipso radio per fenestras illucescente videbantur innumeræ atomi, ac pulveres, qui satis indicio sunt, non esse omnia adeo munda, ut esse crederentur. Ita metuo, ne, cum *Præter sol justitiam*, opera nostra immania appareant, que sanctissima arbitrantur. Heu! auor vanitates, fassitæ intentiones, laxitates, et negligentia tunc apparebunt! &c. Quis igitur, O Christiana anima: de tuis operibus præsumptuose confidit, que adeo incerta sunt? O quam longe aliter de suis iudicarent Sancti! post diuturnas carnis macerationes, post frequentata jejunia, post subtilissimas contemplationes, post inhabitatas plurimis annis solitudines clamantur cum Job c. 5. : *Pavor tenuit me, & omnia ossa mea perterrita sunt*. Supra que verba ita annotat Gregorius (ap. *Sperant. parat.* 133.): *Quid per ossa, nisi fortis fassa, signantur sepe carnis, que aquam hominis, esse aliquo momento asinum? quia dissimulatis virtutibus, quam si subtile iudicium, agnoscant. Sed cum per contemplationem capiti superna conspiciant, ab ipsa aliquo modo præsumptionis sue securitate liqueant. &c.*

§.II. In operibus sanctis non est querenda vana gloria.

5. Alterum iustitia Pharisæa vitium consistit in ostensione operis; scopum enim Pharisæi omnem collocabant in applausu hominum, non in utilitate intentionis; exterminabant facies suas jejuniis, evacuebant crumenas elemosynis; cur? ut placeant oculis, ut videantur ab hominibus. (Matth. 23.) En, Christiani Auditores: hoc alterum punctum est, in quo oportet abundare iustitiam vestram; nolite adorare hoc idolum quicquid inanis gloriæ appetit operatur, mercede apud Deum est cariturus. Consulamus Scripturam. Postquam Rex Saul contra Philistæos victoriosè pugnavit, Altare Domino Deo ingratiitudinis pensum erexit. *Edificavit autem Saul Altare Domino.* (1. Reg. 14.) Hæc satis liquida sunt. Verum mirabile est, quod Scriptura addat: *Tuncque petrum cepit edificare Altare Domino.* Cur enim ait: *Tunc petrum?* nonne & antea jam in Galgala edificavit, & obtulit sacrificium? si jam antea, ergo hoc Altare est secundum. &c. Adverto, quod res est, dubium solvendum Glossa (ib.). primum illud Altare non Divini honoris, sed ambitionis intuitu erexit: ideo a Deo nullatenus acceptatum; sed pro nullo habitum est. O Christiana pectora, quoties adhuc dum eriguntur Altaria? sed cui? an Deo? cur ergo adscribuntur Benefactorum nomina, assignantur insignia gentilitia? O quoties liberalis elemosyna expenditur! sed cui? an Deo? cur ergo profusiore manu diti-

bunt largitio cum quam sine arboribus? O quoties fervens oratio funditur! sed cui? an Deo? cur ergo minus parvis genibus, & situ magis composito modestiam spirans in templo, cum videris ab aliis, quam domi in oratorio? &c. Hæc certe, & alia id genus indicia satis significant, quod opera nostra ab ambitione Pharisæica non penitus sint defecata.

Quando vanagloria corruptum opus.

6. Sed quæres fortasse, an ergo omnis actus vanitatis, qui actionibus nostris subrepere potest, tollit meritum; Respondeo, haud sane; explicio ergo: vel enim vane gloriæ desiderium est antecedens opus illud tuum, v.g. Eleemosynam, vel est concomitans, vel subsequens. Si subsequens, tollere meritum non potest; quia opus jam absolutum, & consequenter in tuto collocatum censetur. Si est antecedens, tollit sine dubio meritum: quia finis tuus est placere hominibus, quo obtento respondebit olim Iudex *reprehensit mercedem suam.* (Matth. 6.) Si denique concomitans, tunc & tollere potest vanum operi, & non tollere. Tollit, quando cooperum est opus studio placendi Deo; sed antequam compleatur, mutato fine, quæras applausum hominum: Non tollit, si pergas propleum opus ex prima intentione, & alteram repente subortam, negligas, animamque ab ea avertas. &c.

§.III. In operibus sanctis non attendenda observantia minores præ gravioribus.

7. Tertio demum laborat iustitia Pharisæorum in eo, quod fundetur in minoribus observantiis, relinquitur gravioribus legi: Ideo frequenter cavillabantur Christum, quod manducaret cum Publicanis; cavillabantur Apostolos, quod illois manibus cibum caperent; aliaque id genus minutias severe notabant; interim Dei Filium persequebantur, universæ plebi exolum reddere, falsis testimoniis proferendere, ad necem quære, nulli sibi Religioni ducebant. *Ve vobis Scribae & Pharisæi, hypocritæ, qui decimatis menthan, & anethum, & cyminum, & relinquitis, que graviores sunt legi, & iudicium, & misericordiam, & fidem. . . dicit cæci excolantur curiam, canes autem gladiantur.* &c. (Matth. 23.) En, Christiana anima: hoc tertium denique punctum est, in quo oportet abundare iustitiam tuam. Quid? ais; an ergo sunt inter Christianos, qui de hac re moneri indigent? Quin imo sunt plurimi: quaris, quinam illi? nimium, qui non satis solide pii, muliebri credulitate sibi persuadent, salutis æternæ securus fore illos, qui has, aut illas precandis formulas noviter inventas, vel certi generis Rosariæ designatis diebus ac pene etiam horis recitaverint. De his loquitur pietissimus Thomas Kempensis (l. 3. de imit. Chr. c. 4. n. 4.): *Quidam solum portant suam devotionem in libris, quidam in imaginibus, quidam autem in signis exterioribus, ac*

signis. Item alii sibi persuasum habent, non posse absque Sacramentorum perceptione emori; qui certæ confraternitatis nomen dederunt, aut certæ grana, aut numismata et collo gerunt. Audiamus Doctores. Corn. a Lap. (in Matth. 23. v. 24.) *Tales etiam sunt inter fideles, qui scrupulose recitant Rosarium, jejulant in honorem Beate Virginis, &c. Interim sine scrupulo luxuriantur, rapiunt, furantur.* &c. O incepti! quibus vobis verbis aptius exprobrabo deceptionem, quam illa Sancti Gregorii horatiuncula ad clementiam Patriam, Feminam Nobilissimam, atque oppido piam, injuriam tamen nequitiam patientem (l. 2. ep. 16. in dist. 3.): *Ne tales sitis in minimis, quales debetis esse in maximis?* Observatio mandatorum est sola illa conditio, cui Dominus Deus promissionem æternæ salutis annexit: cum aliquando ad Dei Tribunal ventum fuerit, non queret Iudex, an ceram illam benedictam diligenter et collo gestasti; an die jejunii ne micam quidem panis glutivisti; an aqua laustralis asperisionem nunquam omisit: nihil simile: sed quæstio erit animata observasti: *Ne sitis tales in minimis.* &c.

8. Epilegus. Christiane anima: *Nisi abundaverit iustitia vestra plus, quam scribarum, & Pharisæorum, non intrabitis in regnum Calorum;* in quibus iustitiam vestram supra Pharisæos abundare oporteat, nimirum excludenda est in operibus nostris: *Præsumptio ostentis:* atque hic error versatur circa causam formalem operis. Excludenda est *Ostentio operis;* atque hic error versatur circa causam finalem operis. Excludenda est anxia *Observantia in minoribus, relinquitur gravioribus;* atque hic error versatur circa materiam operis. Hæc si feceris, poteris aliquando confidenter dicere ad Deum Iudicem: *Domine, abundavit iustitia mea plus, quam scribarum, & Pharisæorum;* ergo da, ut intrem in Regnum Calorum. Amen.

Dominica V. post Pentecosten.

CONCEPTUS II.

De reconciliatione, ac venia inimicis præstanda.

Vade prius reconciliari fratri tuo. Matth. 5.

EXORDIUM.

Deo non placent munera, nisi ex corde reconciliato.

1. Audite rem proflus miram, ac inauditam, quam Leontius in vita sancti Joannis Elemosynarii, Patriarchæ Alexandrini (caput 13. & 14.) commemorat. Magnus hic Dei famulus jam aliquando in procinctu stabat celebrandi Sacrosanctum Missæ Sacrificium, cum recordabatur Clericum quemdam sibi infensum, & quamvis nullam illi in-

juriam retulisset, sed potius recepisset, tamen memor Præcepti Domini in hodierno Evangelio dati: antequam offeras munus tuum ad altare, vade prius reconciliari fratri tuo. (Matth. 5.) Ecce coram frequenti populi confusio ab Altari discendit, Clericum requirit, veniam ab eo rogat, & facta reconciliatione, cum gaudio ad Altare rediens, sacrificium peregit, confiterentur tunc ad Deum dicens: *Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris.* Bone Deus; hoc fecit Patriarcha, & Episcopus erga Clericum sibi subditum: inspectante populo: sine suæ autoritatis dispensio: non obstantibus hominum diceris: Ita est: ita est: sciebat Sanctissimus Vir, nec ipsum Incentum Altaris Sacrificium placere posse Deo, ubi non plena prius cum fratre suo reconciliatio antecessit. O Christiana pectora: video per anni decursum vestra pietatis exercitia, Preces, Concionum, & Sacrificiorum auditions, jejunia, elemosynas, aliaque Devotionis opera: deploranda utique, & lacrimis digna res foret, si Deo ingrata, & præmio indigna forent omnia: & certo erunt, nisi rancores, & diuisid inverteat et corde eruantur.

3. Præceptio. Patimini ergo, ut tam perniciosa operum vestrorum tinea hodie ex animis vestris expellam, & ad ravim uque clamem: Mi Christiane: si beneplacens Deo Sacrificium offerre cogitas, bene agis, ora, elemosynas distribue, jejunia, Sacramenta Pontificis, & Eucharistia frequenta; sed ante omnia nota: *Vade prius reconciliari fratri tuo.* Favete.

Deo non inveniatur munus, sed cor.

3. Confirmatio. Quisquis sibi imaginatur, Deum delectari munere, & oblatione materiali, vehementer hallucinatur: non attendit Dominus, quid illi, sed ex quo offeratur: necita respicit manus, quam cor offerentis: da unum, qui immensa auri pondera, & cresci divitias ad Altare offerat, sed corde livido, invidioso, vindicativo; da alterum, qui teruncium unicum ferat, sed corde manifesto, puro, pacifico: & hic certe plus illo placebit. Vis munus tuum Deo acceptum esse? cura præ primis, ut cor tuum ipsum munus Dei sit. Quæso, cur in veteri lege Deus inter oblationes acceptavit oleum, non autem ceram? certe non ex alia ratione, quam quod oleum procreetur ex oliva, quæ pacis, ac concordie symbolum est, e contra cera efformatur ab apibus, animalculis armatis, aculeatis, & ad quamvis irritationem facile effrandis. Nimis quam verum igitur est illud Augustini effatum (serm. 16. de Verb. Dom.) *Te querit Dominus magis, quam munus: offer munus tuum, & non es munus Dei: plus querit Christus, quem redemit sanguine suo, quam quod tu invenisti in horreo tuo.*

Omni culpa potest redimi munere, non vero discordia.

4. Ex quo pater luculenter, quam exolum Deo malum sint discordia, & inimicitia; quia alia mala redimi possunt maneribus, pro hoc autem nec munus acceptatur. In Levitico sic describitur, si quis aut mendacium dixerit, aut veritatem fabricaverit: si quis obitium, aut contactum cadaverum pollutus fuerit: si quis juramento, aut sine necessitate, aut falso prolatum, animam contaminaverit: si quis facris ritibus, & ceremoniis abusus fuerit: si quis scitu necessaria ignoraverit; poterat delictum suum oblatione agnorum, caprarum, tururum, aut immolatione holocaustorum extinguere: at in hodierno Evangelio omnino ab Altari abesse iubetur, qui quis fratri suo necdum est reconciliatus: audiamus S. Gregorium: (1. 4. Dial. c. 60.) Pensandum est, cum omnis culpa munere solvatur, quam gravis est culpa discordia, pro qua nec munus accipitur?

5. Pater dico: quisquis biliosus, & vindicta cupidus praesumpserit manus suam ad Altare ferre, tantum abest, ut Deum sibi propiciet, ut potius irretit, & loco benedictionum mille mala supra caput suum trahat: ponamus enim manus tuam esse preces, & praecipue Orationem illam Dominicam, omnium precum principem: quomodo oras? Et dimittit vobis debita vestra, sic & vos dimittitis debitoribus vestris. Recte te habet: dic ergo, qui ratione tu dimittis debitori tuo? nonne illi frequenter mille mala imprecaris? nonne velles, ut mille infortunia obrueretur? nonne in suum irades, cum iniusta forte affligitur? Ergo cum a Domino Deo rogas, ut tibi dimittat, sicut ut dimittis debitori tuo, per particulam comparativam fecit omnia mala tibi imprecaris, quae proximo tuo evenire velles, & acquivalenter ita oras: Domine, ego inimico meo ita dimitto, ut vellem illum ad incitas, & miseriam redigi: tu dimitte mihi, sicut ego dimitto: Domine ego ita dimitto inimico meo, ut vellem sexcentis fulminibus pessum dari, bestibus tradi, ex orbe eliminari: tu dimitte mihi, sicut ego dimitto. &c. O mi Christiane! ecce quid tibi nocet, cum livido corde manus tuum offeras ad Altare; quia sine gravissimo tuo detrimento nec unicum Pater noster valeas recitare.

Inimicitia mutat hominem in diabolum.

6. Pinguis infernalis Luciferum, aut unum ex infelicibus illius affectis huc ad Altare cum numeris blandiis accedere: an putatis, munus acceptum fore? nulla proferus ratione: quare? quia in contrariis distans cum Deo, in inventerata invidia contra hominem vivit. Jam percipite memorabile sanctorum Patrum assatum: (Leontius in Vita S. Jo. Elemsi, c. 14.) An-

gelorum quidem est nullatenus litigare, sed in amicitia, & perpetua pace consistere: hominum vero est altercatum quidem, sed factum conciliatum: damnationem autem est totum diem litigare, & totum diem transire in conciliata. Vides, mi homo, qualem te coram oculis Dei constituit Iteor, & inimicitia, & aures in conspectu Dei comparere cum animo iracundo, vindicta cupido?

Deus vindictam sibi reservat.

7. Dicis fortasse, ego non inimicitias gero contra Deum, veluti diabolus; sed contra hostem meam, injuratorem meum. Quid tum? non potest habere pacem cum Deo, qui dimittit cum proximo: quamdiu insultus es proximo, Deum quoque tibi insultum habes. Quid? an ergo Deus tuetur partes mei inimici? Ita est: partes tuetur illius, quem tu persecueris. Cur ergo non meam causam defendas? respondeo: descendit sine dubio, si illi vindictam relinquas, nec ipse vindictam sumas. Delibera jam, quid fieri expectas: utrum praedat inimico paulisper cedere, & Deum habere defensorem, aut exardere in vindicta studia, & Deum sibi facere adversarium: &c.

Injuria non vindicare, non est praesulum.

8. At inquit, mundus me habebit pro franco, pro homine nunci, si cedo, si non dentem pro dente, sanguinem pro sanguine reposco. Irane manet iudicium reformidat? Edic, de quo mundo loqueris; an de prudente, probos, conscientioso? & tantum abest, ut animi tui manifestum, ac injuriam condonationem improber, ut potius summis, ut par est, laudibus extollat. Pervolve SS. Patrum codices, seruta re historiographorum volumina, & invenies heroica SS. facinora, siueque victorias, praesertim in condonandis offensivis, summis laudum praerogatis celebratis. Si vero de mundodolico, degener, impio, sermo est, quod, an ejus principia curas? carper, fugillabie, quidquid loqueris: si pacis, ac Christianae manufacturam studio cum inimico in gratiam redeas, dicit te frangum, exordem, sepulchrum. Si ad sanguinem usque resistas, dicit te latronem, sanguisugam, tyrannum. Quid igitur agendum? contemnenda sunt mundi dicitia, & unice attendendum, quid Deus, quid SS. Calites, quid conscientia de te loquatur. Atrolle, obsecro, oculos in hanc crucem; en vides pendente mistissimum Salvatorem: potuisset contra Judaicam perditionem amare mille lesiones Angelorum: potuisset contra interfectores evocare filium; potuisset persecutores in ictu oculi demergere in gehennam incendit: noluit, veniam dedit, Patrem pro his rogavit. An antip propterea frangam dicere? en hic ipsissimus Deus quotidie tolerat innumerabiles peccatorum injurias, atque tamen, necdum tamen mundum exerit, nec-

dum te in periculis deserit necdum te aeternum damnavit. An putas ideo sanguis est? O miserum te, si perverfas mundi regulas pro vicia tua norma constituis!

9. Verum reponis iterum: Christus Deus est: exempla Divina non valet humana fragilitas aequali passu aemulari. Dabo ergo exemplum humani: & quidem nobilis illius Florentini, cujus festiva dies pro hoc anno in hodiernum Dominicam incidit. Joannes Gualbertus Nobilis Florentinus (Ribaden, 12. Julii.) diuturno otio exierat contra secleratum tenebrosam, qui cognatum suum, in paucis carissimum, truculenter interfecit: diu nocturne exoptabat occasionem vindicandi scelus, & latronem exanimandi: Nec deluit occasio: cum aliquando ex itinere Florentiam rediret, obviam habuit fratrem suum, & quidem incernem, ad omni hominum subsidio delictum. Nec mora; infectatur, occupat miserum, evaginato ensis jamjam secleratum guttur transadacturus. Quid agit infelix, inter sacrum, & saxum prehensus? quem viopere non poterat, flectere speravit: ideo ingenuus provolutus, obtectari coepit suribundum, parceret sibi, ac per amorem, & vulnera crucifixi Redemptoris, qui pro inimici veniam rogavit, vix sibi gratiam faceret. Gualbertus, ubi Nomen Crucifixi Domini audit, suspensum, macronem retrahit, & totus jam mansuetior, fit ergo, ait: veniam tibi condono amore illius Dei, quem Advocatum implorasti. Ita inolens dimisit inimicum, & ipse in proximum facellum fecus viam fecerit, sine dubio hanc sui ipsius victoriam Deo obtulit. Er, ecce, cum ante Altare flectit, videt collocatam sibi crucifixi imaginem blandannuntium sibi caput inclinare, & veluti pro obsequio, sui amore praedito, grates repondere. Ex eo Gualbertus, intimo devotianis sensu tactus, mundo nuntium remisit, in cenobio sancte vixit, sancte obiit. Ex hac ego historia duplicem sibi mi Christiane, interrogationibus, doctri-namque ordo. Primo, quidem edic: si Gualbertus sui impotens iracundia habenas laxasset, & stridum macronem in jugulum adversarii impulisset, an putas, Christum Dominum illi zeque inclinate capite grates habiturum? Secundo edic: an putas cum ad emdemmet fantitatis gradum, quo nunc in Ecclesia colitur, perventurum? an neurum certe futurum fuisset. Forsan crucifixum Redemptor torvo cum aspectu a se repulisset, & nunc mundus cum latronem, homicidam, immisericordem tygridem, & humani sanguinis helluonem vocitaret, &c.

10. Epilogus. O mi Christiane: quid ergo falsa mundi principia in consilium trahis? Deum consule, quid factu opus sit, non mundum: Vade prius reconciliari fratri tuo, non intergressum in hanc Ecclesiam, antequam de corde exceras omnem rancorem: non pete a Deo, ut tibi dimittat debita tua priusquam tu plene remiseris aliena. Et ego quidem, Dilectissimi, Glori Spiritus Consolator. Pars I.

antequam Sacrificium jam nunc offeram ad Altare, ad quod accingor, veniam a vobis omnibus oro, si quem offendi, & vicium injurias, si quas mihi illatas, noverim, ex integro corde condono, ita sperans fore, ut & a Deo delictorum veniam impetrem, cum confideret illi dicere potero: Domine; antequam munus hoc sanctum Missae Sacrificium offeram ad Altare, tui prius reconciliari fratri meo. Amen.

Dominica V. post Pentecosten.

CONCEPTUS III.

Agitur contra Vitium irae, ejusque damnabiles effectus describuntur.

Ego autem dico vobis; quia omnis, qui irascitur Fratri suo, reus erit iudicio. Matth. 5.

EXORDIUM.

Damnosae vehementer delectantur ira, & distulit hominum.

1. Sanctus Gregorius in Dialogis (1. 2. Dial.) enarrat, Judicum quemdam, dum ita faceret, ab imminente nocte obrutum, in quodam gentiliam delubro, quod vix conigum erat, pernoctasse; Ecce hi die: Media nocte ingrediebatur ingens demonum multitudo, inter quos praegrandior unus solius occupabat. & a libidinis spiritibus sui ministerii rationes exigebat. Aderant infernales fauni, & unus quidem gloriabatur, se elapsa die inter fratres, & optimos amicos discordias feminasse; alter jactabatur, se hominem alios innocentes, ac castum ad periculosam familiaritatem pellexisse; tertius aiebat, se hominem iracundum ad blasphemias, & iuramenta concitasse: Exi ceteri suas industrias, ac causata peccata dilaudabant. Novissime accedebat duo demones, quorum unus plaudabat, se tantum inter homines existisse iracundiam, ut inter rixas etiam lethalia vulnera, & mortes fuerint fecerit: alter dicebat, se interfuisse nuptiis, & inter nuptiales convivas discordias feminasse tam vehementer, ut ipse ipsonus inter bella, & veltationes fuerit obruerit. Atque hi duo demones praeter ceteris omnibus laudem, & applausum pergerunt: animati erant sunt, ut strenue vicerent diffusiones ferere, pacem domesticam in familiaribus turbare, iras, & odia suscitare. Ex quo pater, & orem, vehementer delectari ex iracundia, & discordiis hominum; cum enim Lucifer primus fuit, qui vel in ipso calo bella concitavit, hodiernum inimicum est pacis, nihilque habet et se sua tam opportunum ad capiendas animas, quam animorum diffusiones, ex quibus odia, jurgia, detractiones, altercationes, iniustas lites, rixas, hostilitates, proditiones, mortes, & mille alia

V 3 mala